gius pgeret. sibi res suas cõmendauit dicens. Ecce Nicolae omia bona mea tibi committo. ⁊ nisi omia bene custodieris. vltionẽ de te expetam ꝟberibus ⁊ flagellis. Quadã die cum ille abesset fures veniũt ⁊ omia sibi rapiũt. ⁊ solam imaginem dereliquerunt. Judeus autẽ veniẽs ⁊ spoliatũ se videns. imaginem alloquit dicẽs Domie nicolae nonne in domo mea posui te vt res meas a latronibus ſuares. cur hoc facẽ non luisti. ideo ꝓ raptoribus penam luef. Arripiẽs autẽ imaginem dire eam verberauit. ⁊ dire flagellauit. Mira res. Biuidentib⁹ furib⁹ qđ rapuerunt. spũs dei tanq̃ in se verbera excepisſz apparuit dicens. Cur tam dire ꝓ vobis flagellatus ſuz. cur ita crudeliter verberat⁹. ecce quõ corpus meũ luit. Ecce qualit effusione sanguis rubet. pgite cito ⁊ cuncta reddite q̃ rapuistis. alioquin omipotentis dei ira in vos deuenict. ita vt scelus vestrũ in mediuz publicet. ⁊ quilibet vestrũ ſuſpendium patietur. Ad quem illi. Quis es tu qui nobis talia loqueris? Quibus respondit. Ego sum Nicolaus seruus iesu xp̃i quem iudeus ille ꝓ rebus ſuis quas sibi tulisti tam grauiter flagellauit. Territi ad iudeuz veniunt. miraculũ referunt quid imagini ab eo fecerat audiũt. ⁊ cuncta reddũt. Sicq̃ ⁊ latrones redeũt in viã rectitudinis. ⁊ iudeus viã amplectitur salutis. Secũdo btũs Nicola⁹ fuit humilis in p̃laturis nõ appetendis. non em̃ ad p̃laturas (sicut nunc faciũt) aſpirauit. qđ ptz ex hoc. qz inuitus est ad episcopatũ elect⁹. nã cũ fuisset ostensus esse dignus eꝑali dignitate ꝓ vocez lapsam de celo sicut canit. O pastoz eterne. o clemens ⁊ bone custos vſq̃ dignũ eꝑatu nicolauz ostendisti tuũ famuluu. ⁊ ille episcop⁹ p̃ fozib⁹ eccle excubaret. vt ꝑmum venientem eligeret. Cũ venisset de nomine q̃ſiuit. Ille aũt vt erat humilis ⁊ colũbina ſimplicitate plenus. inclinato capite dixit. Nicolaus vocoz sanctitatis vestre seruus. Quem in eccl'am ducẽtes in dignitatem sublimauerũt. licet plurimũ renitebat. q̃ sciuit illud dictũ. b. Bernũ. de regiminib⁹. Nunq̃ in honoze sine doloze. in p̃latõne sine tribulatõne. in ſublimitate quis põt esse sine vanitate. sed licet reniteret fuit tñ magnifice sublimatus Quia dicit in canone. In ſcripturis. viij. q. j. Locus regiminis negandus est desiderantib⁹. ⁊ offerendus est fugientib⁹. Tertio. be. nicola⁹ liberalis fuit in elemoſynis tribuẽdis. largiter em̃ elemoſynas tribuit. vt habes. s. ſmone pꝛecedente. Nam ꝓpendit illud. b. Hiero. dictum quod ponit aug⁹. in ep'la de morte Hiero. Nẽo se excuſans dicit non habeo qđ fratri paupi tribuam. Si vestimentũ vel aliquid vltra extremam neceſſitatẽ possides. ⁊ pauperi indigenti non ſubuenis. fur es ⁊ latro. Sumus em̃ dilectiſſimi filij in rebus tẽpalibus soluz diſpẽſatores ⁊ nõ possessores. quod ſupest ſupfluũ fratris est indigentis. et ſubdit dicẽs. Diceres forte miſer. meum est. nam mei h̃ dimiſerũt parentes. Sed ſi hoc parẽtes dimiſerũt. quõ potuerit tibi dimittere quod ſuũ nõ erat. a quo habuerit aut quis dedit eiſ. quid in mundũ portauerunt veniẽtes. quid recedẽtes deferẽt? Certe qđ paululum ſumus in die iudicij coram oculi diuine iuſticie vindictã exclamabunt. Qui hz aures audiendi audiat. q̃ mihi credere non vult. heu q̃ grauiter sciet cũ diuitie ſue transierũt in egeſtatem. Hec ſunt ꝟba beati Hiero. Jõ beatus Nicolaus diuitias a parentib⁹ ſibi dereli/ctas tanq̃ nõ ſuis parentib⁹ est largit⁹. ⁊ sic dicitur ipe q̃dam ſingularis hõ ꝓpter vitioꝝ ꝑmozdialem ſubpeditatõem. hoim ſpẽalem inuocatõnem. ſuoꝝ fraternalem ſubuentõz Jpe em̃ in ꝑmozdio etatis ſue cõtra vitia triumphauit. ideo dicit a nicos qđ est victoz ⁊ laos quod est pl's. inde nicolaus q̃ſi victoria populi ⁊ vitioꝝ. que popularia ſunt ⁊ vilia. qđ tamẽ rarꝛ est valde in pueris aut adoleſcentib⁹. quia dic Jſi. in ep'la. In piculoſis semp ipa adoleſcentia cannis ꝟſat. nunc em̃ fluctuãdo diuersimode piclitatur. nũc tumultuãdo ad vanitates innumeras incitat. Jpe etiã. b. Nicolaus ab omnibus xp̃ifidelibus p̃ omibus alijs cõfeſſoꝝib⁹ ſpecialiter inuocat. ⁊ nõ ab illis solum sed etiã a pfidis iudeis. Jdeo refert Methodi⁹ p̃fiarcha. Quidam a iudeo ſummã pecunie mutuauit. ⁊ cũ nõ haberet fideiuſſorem. ſup altare ſancti Nicolai iurauit. qđ ⁊ ille cõſensit. tenente illo diu pecuniã. iudeus eã postulauit. Sed iſte affirmat ſibi tradidiſſe. trahit eum ad iudiciuz. ⁊ iudicialit fecit ſibi iuramentũ. veniẽs q̃ baculum auro impleuit ⁊ iurãdo iudeo tradidit dicẽs ſibi plus q̃ deberet reddidiſſet. Facto iuramento baculũ repetijt. Rediẽs autẽ in quodaz biuio ſomno oꝑreſſus coꝛruit. quẽ currus cuz impetu necauit ⁊ baculũ fregit ⁊ aurum effudit Judeus autẽ hoc audiẽs. pterritus veit ⁊ fraudem vidit. Cũq̃ a mltis ſuaderet vt aurum ſumeret. noluit. niſi defunct⁹. be. Nicolai meritis ad vitã rediret. asserens ſe ſi h̃ fieret baptiſmuz ſuſcepturũ. Cõtinue q̃ defunct⁹ fuerat ſuſcitat ⁊ iudeus baptizat. Jpe em̃ etiã. b. Nico. ſubuenit ſuis famul' ⁊ famulabus tuẽdo eos a demonibus ⁊ collocãdo in celeſtib⁹. Jdeo canitur de eo. Btũs Nicolaus iam triũpho potit⁹ vouit ſuis famul' p̃bere celeſtia comoda. Dicitur etiã b. Nico. nobil' ꝓpter fallacie aut mendacij euitatõem. mũdicie cõſeruatõz. auaricie deteſtatõnem. Volent em̃ boni nobiles esse veraces in ꝟbis. iuxta illud Pꝛouꝟ. xvij. Nõ decent ſtultum ꝟba cõpoſita nec p̃ncipem labiuz mentiẽs. Jta beat⁹ Nicola⁹ fuit verus in ꝟbis. ⁊ põt de eo exponi illud. j. Reg̃. ix. Est vir dei in ciuitate

Septimus

hac nobilis. omne quod loquit absq; ambiguitate venit. Solent em̄ nobiles esse mūdi. q; nobilia animalia in locis mundissimis cōmorātur. sed porci in luto delectant. Ideo legit in gestis philosophorum. Cū q̄dam immūdus coram quodam pho diceret se libenti⁹ cum mulierib⁹ q̄ cū philosophis cōmorari. ille respondit. Et sus libentius in sceno gaudet q̄ fonte sereno. Et rōe illi⁹ beatus Nicola⁹ fuauit mundiciā. q; sciuit esse scriptū Prou. xxij. Qui diligit mundiciā ppt verba labiorū suorū habebit amicū regem. Solent etiā nobiles esse liberales. sicut refert Suethonius de Tito impatore q̄ fuit ita liberal' q; dixit. nō oportet a cōspectu pncipis quēq̄ tristem abscedere. Ideo t de Alexandro legitur. cuidam petēti. vrbē dare pcepisset. t ille sibi nō cōuenire diceret. respōdit. nō cōsidero q̄d decet at te accipe. sed q̄d deceat me dare. Ita. be. nico. fuit liberalis auariciā detestando. q; aurum liberaliter expēdit indigenti. Hoc ad pmū. Quātum ad secundū cōmendat a gl'osa decessione. Circa quod notandū. Q̄ñ dñs terre pficiscit i regionem remotā accipe ipam in suū dominiū siue potestatē. gloriose solet incedere cum mag̃ comitatu. pcedentibus cantorib⁹ t tibicinibus vt homies regionis siue incole eiusdē videtes eius glorios̄m aduentū. eum cuz gaudio suscipiant t honorēt. Mystice p hanc regionē longinquā intelligit celestis regio. de qua beatus Bern̄. in fmone de spūali negociatōe. O regio sublimis t plena delitiarū ad te suspiro de valle lachrymarū. Perambula aima spūalē regionem ocul' desideriorū. t vide regem stipatuz legionibus angelorū. sanctorū agminibus ornatum. supbos deponentē t humiles exaltantem t dic. Beati q̄ habitant in domo tua domie. ℔ Bern̄. Ista regio gaudiosa aliquā habz ꝓueni entiam cū india regione q̄ inter omēs regiones orbis fm Isi. li. xv. est maior t opulētior. multos habens reges ditissimos. quorū aliq̄ habēt q̄uor milia armatorū. Ibi sunt lapides pciosi. berilli. carbunculi. adamātes t margarite Ibi (fm Plī. in spe. na. li. vj.) sunt homies qui nec dolore oculoz nec dolore dētiū nec languoribꝰ afficiunt. nec ab immoderato caloze sol' eorum corpa leduñt. sed ab ortu diei vsq; ad occasum stant in calidissimis harenis. t solē immobilib⁹ oculis intuent. O si hoc dicit de terrena regione multomagis de celesti que est oim maxia regionū. Be hac dicit Bern̄. q; regio celestis est tam magna q; si hoies a pmo homie vsq; ad vltimum iustū saluarent. adhuc q̄libet p sua pte maiorem locū obtineret q̄ est tot⁹ mōs Quod cognoscens ppheta Baruth eiusdē. iij. O isrl' q̄ magna est dom⁹ dei. t ingens loc⁹ possessionis ei⁹. ibi (fm Esa. xxxij.) sedebit ꝓplus in pulchritudine pacis. in tabernacul' fiducie. t in requie opulenta. Hec regio celica est oim opulentior. q; fm ppheta pl̄s. cxj. Gloria t diuitie i domo eius. Et in hac regione m'lti sunt reges. q; omnes electi t electe sunt reges t regine. Jō clamat ad ipos deuotus doctor Amād⁹ in ho. saꝑ. li. j. c. xj. dicēs. O vos celestes pncipes. O nobilissimi reges. o impatores. o filij dei excelsi diuine consortes nature. Et q̄uis ibi sunt oēs reges t regine. tñ ibi p̄ omnib⁹ ē rex xp̄s. in cui⁹ femore scriptū est rex regum t dñs dominātiū Apocal'. xix. Et reginarū regina virgo maria. q̄ fm Bonauen. mirabilit omniū spirituū mentes letificat. t miro t ineffabili gaudio omnem beatā creaturā inebriat. Quis cogitare poterit quantū gaudiuz generat illa mater misericordie regina pietatis t clemētie: certe nullus excogitat homo. Ibi sunt lapides pciosi. sicut canit. Urbs beata hierl'm. Quia ibi sunt berilli purissimi. hoc est angeli puri. Ibi sunt crisopassi. scz patriarche t ꝓphete. fm quod dicit. Crisopassus tenebras pdit t lucem celat. Sic patriarche fuerunt in tenebris t veniente luce defecerunt. Ibi sunt carbunculi. i. apostoli. qui in tenebris lux erant peccatorū suis exemplis t doctrinis Ibi sunt adamātes. s. martyres. qui nullo ferro psecutionū nec igne tribulationū frangi potuerunt. sed solo sanguine hiesu xp̄i. Ibi sunt margarite candidissime ṽgines que omnē celestem exornant regionem. Ideo dicit Amādus. li. ij. c. put. s. Ibi sancti apostoli cū summo amore i iudicio residēt potestate. Ibi cōfessores radiāt igneo fulgore. Illic ṽgines micant niueo candore. Cui cōsonat cipanus. li. de moralitate Illic inquit apl'orum chorus gl'osus. Illic ꝓphetarum exultantiū numerus. Illic martyruz innumerabil' pl's ob certaminis t passiōis victoriam coronatus. Illic triumphātes ṽgies. Illic remunerant mirificordes. Hec Cipanus. In hac regione beatitudis nullus est languor. nec vllus dolor ibi. nec capitis sentiemus dolorem nec corpis q̄tūcūq; languorē. Quia absterget deus omnē lachrymā ab ocul' sanctorū. t iā nō erit amplius neq; luctus neq; clamor. ℔ nec vll⁹ dolor. que pma abierūt. Apocal'. xxj. Ideo dic̄ btūs Aug⁹. in fmone de natiui. xp̄i. Ibi nulla erit tristicia. nullus labor. nullus dolor. nulla mors. sed ꝓpetua sanitas pseuerat. Ibi non est estus sol'. sed omnes electi quotidie respiciūt in verum solem xp̄m. in quē oēs angeli desiderāt pspicere. j. Pe. j. Ad ppositum. b. Nico. abijt hodie p mortē pciosam in illā regionem gl'osaz vt accipet eam in suam potestatē. Jō m'ltū honorifice pcessit pcedentibus cantorib⁹. t hi fuerunt sancti angeli. q̄ cum celesti armonia aiam i eandem cū laudibus deduxerūt. iuxta Esa. lv. Montes t colles cantabūt coram vob laudez t omia ligna regionis plaudēt manu Per mō-

tes intelligunt maiores angeli vt cherubin ⁊ seraphin. p colles minores angeli. p ligna regionis anime sanctorum. de quibus dicit in ps. j. Et erit tanq̃ lignum quod plãtatũ est. In ascẽsu siue in processu anime beati Nicolai montes ⁊ colles cantauerunt ⁊ ligna regionis plauserunt. ⁊ omnes angeli maiores ⁊ minores. ⁊ omnes anime sanctorũ ei in occursum venientes ipsum cum leticia ⁊ laudibus receperũt. Ideo legitur in legenda. dum in celum duceret. celesti cantilena a terrestribus est audita. vt implerẽt illud Esa. xxiiij. A finibus terre laudes audiui mus gloriam iusti. In ista regione ipe nunc accepit regnum decoris ⁊ diadema speciei de manu domi. In quo iusti imppetnũ viuũt. ⁊ apd dominũ est merces eorũ. Sap. v. Et ꝟ quantũ ad scdm. Quantum ad tertiũ commendat beatus Nicolaus a miraculosa reuersiõe cum dicitur. Et reuerti. Circa quod sciendũ. rex terrestris qui obtinet victoriam regnum aliquod acquirendo. solet suis suis ⁊ militibus dona largiflua impartiri. vt eo fortius ad sibi seruiẽdum animẽtur Et hoc legitur in historia Alexandri magni. qui circũiens mundũ multa regna sibi subiugauit. ⁊ quotiẽs regnum aut ciuitatem acquisiuit totiens militibus suis rapinas tribuit. ⁊ sic ipos ad pugnandũ animauit. Et vt in eadem legit historia. cum Darius rex psarum audiret aduentũ Alexandri scripsit sibi de multitudine persarũ q̃ harene maris equarent et q̃ tantũ auruz esset in persia vt solis vinceret claritatem Quod audientes milites alexandri tristati sunt. Quibus ille. Nolite cõtristari nimis in verbis epistole hui. an nescitis q̃ canes mlt̃ latrantes nullum effectum faciunt. Credamus q̃ hec epla dicit veritatem. sed opus ẽ nobis fortuna ⁊ strenue pugnare cum illis. ⁊ non inuacuuz. quia diuitie illorũ compellũt nos pugnare. Mystice p alexandrum intelligẽ possumus beatũ Nicolaũ. Rectè em sicut Alexãder pugnauit contra hostes suos sine terroze quasi leo qui nõ deuiat. Ita beatus Nicolaus cõtra tres hostes pugnauit. mũdũ. carnẽ ⁊ diabolũ. iposq̃ sine omni terroze supauit. ita vt de ipso exponi potest illud Prou. xxviij. Justus quasi leo confidens absq̃ terroze est. Et ppter hãc victoriam obtinuit regnũ. De quo canit. O q̃ glorioſum est regnũ in quo cũ xpo gaudẽt omnes sancti amicti stolis albis. ⁊ sequnt agnum quocũq̃ ierit. Idcirco moze Alexandri donat suis famulis non aurum vl̃ argentũ. sed celeste pmium. dm q̃ canit de ipo. Beatus nicolaꝰ iã triumpho potitus vouit suis famulis pbere celestia cõmoda. qui toto corde poscũt eius petitões. Quis em regnat in hoc regno glorioso tamen reuertit ad suos famulos p opatõnẽ miraculosam eis de seruitio suo faciẽdo recompẽsam. Ideo refert Methodiꝰ ⁊ Johãnes supra dicti. q̃ q̃dam vir p amoze filij sui ad lras addiscendum festum sancti Nicolai soleniter annuatim celebrauit. Quadam em vice cõuiuiuz preparans mltos clericos inuitauit. Venit igitur diabolus in statu pegrini vel habitu. elemosynam sibi dari petijt. quod audiens pater filium misit vt ei elemosynam portaret impauit. Juit puer sed pegrinum non inueniens insequit ab euntem. Cũq̃ ad quendã vicum pueniset. apprehendens diabolus pueruz strangulauit. qd̃ audiens pater vehemeut ingemuit. corpus tulit ⁊ in thalamo collocauit. cepit p dolore ac pre amoze dicere. fili dulcissime quomõ est nobis. O sancte Nicolae beccine est merces laboris ⁊ honoris quez tibi diu exhibui. Et cũ hec ⁊ alia similia dixisset. statim puer quasi de somno eui gilans oculos aperuit ⁊ surrexit. Ecce quomõ remunerat suos fuitores. Et hoc q̃ ad tertiuz.

Sermo tertius De eodem.

Per ingenioſus eram. ⁊ sortitus sum aiam bonaz. Sapientie. viij. Aristo. li. ix. animaliũ dic̃ q̃ aliq̃ a pulli aquile adhuc iuuenes existentes limpide solem intuent. ⁊ nec oculi eorũ lachrymant. qa dm eundem ⁊ sanctũ Amb. in hexa. Aquila ipsa ipos iuuenes in vnguem suspẽsos radijs sol obijcit. vt sic consuescãt in iuuentute solẽ intueri. Moraliter p pullos aquile possunt inielligi adolescentuli. hi dicunt in iuuẽtute habere respectum ad xpum verũ solem iusticie. ⁊ vanitates mundi dimittere. qz bonum est viro cũ portauerit iugum domi ab adolescentia sua. Treno. iij. Et habetur. xij. q. j. Omis etas ab adolescentia in malum pna est. dm Augl. Ideo debent parentes moze aquile pueros suos instruere. Et quõ sint instruendi docet doctor egidiꝰ romanus in li. de regimine pncipũ dicens. Q a pmo septennio instruant eos ꝟba. s. bona loq̃ ⁊ non turpia. quia iuuenilis etas ad hoc inclinatur. Et vt indicent eis vt relinquant mendaciũ ⁊ adhereant veritati que est laudabil. dm Aristo. iij. etb. quia dicit poeta. Cõ noua testa capit inueterata sapit. In secũdo autẽ septennio instruere debent illos in aliq̃bus artibus. scdm doctrinaz Cathonis. Cũ tibi sint nati nec opes tunc artibus illos. Instrue vt possint inopẽ defendere vitam. Et in hoc septennio sicut in primo ne videant turpia sunt cohibẽdi. quia sicut non decet eos turpia loqui. sic nec videre. Rationem ponit Ari. vij. Polli. Omia pma amamus magis. Et sic q̃ pmo inspiciunt. cũ maiori ammiratõne inspiciunt. Et hoc magis memoria retinẽt Sed tunc a decimoquarto anno cuz pfectum habent vsum ratõnis docendi sunt q̃modo sint prudentes ⁊ deo seruiãt. Quia ado-

lescens qui iuxta viam suam gradiť. cuz senuerit non recedet ab ea. Prou. xxij. Talis bonus pullus siue puer fuit beatus Nicolaus. qz primo die cum balnearet erectus stetit in pelui. in signum q plus ad celestia esset inclinatꝰ q̄z ad terrena. ⁊ cum attigisset annos discretōnis. vitans lasciuias ad eccl̄as pperauit Ideo figuratus fuit p Tobiam de quo legiť Thob. j. Cuz esset iunior omnibus in tribu neptalim. nichil tamē puerile gessit in ope Et cum omēs irēt ad vitulos aureos quos fecerūt Hieroboam rex israel. ipe solus fugiebat consortia ⁊ pgebat in hierusalem ad templū ibi adorans dn̄m. Hec ⁊ his similia fm legem dei puerulus obs̄uabat. Ita fecit puerulus Nicolaus. Jō dicit. Puer ingeniosus eram. In q̄bus a duobus cōmendatur. Primo laudať a nature excellentia. ibi. Puer ingeniosus. Secūdo laudať a grandi influentia. ibi. ⁊ sortitus sum animā bonā. Circa p̄mum est sciendū q dicunt naturales ⁊ videꝫ. q arbores que debent fructum pducere oportet p̄mum flores emittere. ⁊ nisi florem p̄us emiserint. absq̄ fructu erunt. quia flores sunt nunciꝰ q fructus inde sunt puenturi. Sic est de hominibus qui compan̄ arboribus. hi si in iuuē tutenō habent flores bonorū operū. nec i senio habebunt fructus eius. teste Cip̄iano in libro de duodecim abusionibꝫ qui sic inquit. Fructus non repitur in arbore in qua flos non apparuit Sic nec in senio honorem consequi potest. si in adolescentia sua alicui discipline nō laborauit. Quia dicit Salustius in Jugurtino. Qualis quis in iuuentute cernit. talis fructus in senectute phibetur. Et hoc intelligendū est vt frequent. quia eius op̄ositū in scripturis inuenimus. Salomon em̄ in iuuētute fuit bonus diligens dn̄m. ⁊ ambulans in p̄ceptis patris eius ⁊ petiuit sapientiā a deo ad regendū p̄lm suū. vt habeť. iij. Re. iij. Sed cum senuisset depr̄auatuz est cor eius. ⁊ adamauit alienigenas mulieres quarū amore idola adorabat. iij. Regū. v. Econtra autē manasses in adolescentia fuit in conspectu domi colens idola. ⁊ adorans ea. tantū effudit sanguinem innoxiū pphetarum. donec implerenť hierl̄m platee vsq̄ ad os. iiij. Regū. xxj. In senio autem factus est bonꝰ confitens peccata sua. Peccauiˇ inq̄t sup numeruz harene maris. vbi hēť. ij. Paraľ. xxxiij. Sic nō fuit de benedicto puero sancto Nicolao. sed in iuuentute studuit floridis v̄tutibus exornari. ⁊ vsq̄ ad finem voluit pseuerare. ita vt dicere audeat. Puer eram ingeniosus. ⁊ sortitus sum animā bonam in senectute. Pro quo vlteriꝰ est notandū q in pueris sunt octo signa future p̄bitatis. que omia habuit in se beatus Nicolaꝰ. Primū est puritas mentis ⁊ corporis. quam si puer habuerit dignus est honore. Jō dic̄ Lactantius in li. de falsa iusticia. Tunc adolescentis ppendis veraciter dignitatem. si in facie venustatem. ⁊ in mente p̄tulerit puritatem. Hanc dignitatem beatus Nicolaus habuit. qz omnē carnalem delectatōnem repr̄essit. ⁊ v̄ginalē integritatem pfectissime cōseruauit. qz a cōsortio feminarū studiosissime declinauit. Jdeo dicere potuit illud Thob. iij. Mundaz seruauí aiam meam ab omni cōcupiscentia. s. carnali. Jō ip̄e figuratus est p Joseph qui operi nephario ad quod instigauit eum vxor Puthifari. noluit consentire. Genesis. xxxix. Jp̄e est verus Samuel qui erat puer bone indolis. ⁊ in tēplo dn̄i in ephot lineo. hoc est in veste mūda iugiter ministrabat. j. Regl. ij. Sed pch dolor in tali veste puritatis nostri iuuenes deo non mō non ministrant. sed quod magis est dolenduz in impuritate luxurie vacant ⁊ seruiunt. Jdeo vitā suam abbr̄euiant. fm quod testať Lexus in phisonomia palemonis. Adolescentes luxuriosi ⁊ incōtinentes sunt br̄euis vite. sed pudici naturaliť diu viuūnt. Et hoc patet de sancto Nicolao q̄ fuit pudicus continēs. quare ad pfectam puenit etatem. Fuit em̄ nō solum purus corpe. sed ⁊ mente. quia sp̄reuit diuitias mūdi que mentē homis impuritant. ⁊ peccatis maculant. scd̄m illud Ecci. xj. Si fueris diues nō eris immunis a delicto. Jdeo in hoc simlis est Paulo ap̄lo. qui dicit ad Phil. iij. Omnia arbitror vt stercora vt xp̄m lucrifaciam. i. habeam illuz in p̄mium. Sp̄reuit etiam beatus Nicolaus gloriā mundanā. fm quod caniť. Gl̄am mūdi sp̄reuit cum suis oblectatiōibus. Et in hoc assimilatur alijs apostolis qui gl̄am mūdi ⁊ omia alia sp̄reuerunt. Jdeo Petrus in pson̄a eorū dicit mat. xix. Ecce nos reliquimus omia ⁊ secuti sumus te. ideo sedebit cum eis. ⁊ duodecim tribus isr̄l̄ iudicabit. Secundū signum pueri est honesta agilitas. de qua dicit Seneca. Juuenis ad honesta agilis. signum est future p̄bitatis. Hanc beatus Nicolaus habuit. qz in puericia eccl̄as frequentauit. simil̄ in isto beato Petro ⁊ Johanni qui ascenderūt in templū ad horam orationis nonā. Act. iij. In hoc debemus ip̄m imitari. quia frequentatio eccl̄iarū est euasio tribulationū corp̄alium et spūalium. quod patet Numeri. xvij. vbi legiť quandocūq̄ tribulatō orabať Moyses ⁊ Aaron in tabernaculū currebant tanq̄ viri dei. ⁊ ad dn̄m sanctū deuota oratōne clamabant nob̄ in exemplū q̄ quilibet nostrum in tribulatōnibus nostris ad dn̄m clamet. Sed sunt nōnulli qui valde pigri sunt ad eccl̄as frequentandas. imo qd̄ plus est diebus dominicis quādo ex p̄cepto ibidem debent esse se absentant. ⁊ negocia sua expediūt. cum tamē mandatū est in canone in. c. missas. de cōse. di. j. vbi dicit. Missas totas die domico seculari-

Sermo

bus audire ꝓcipimus. ita vt ante bñdictionem sacerdotis egredi ꝓhibeꝰ nō ꝓsumat. qđ si fecerit ab epō publice cōfundet. Glo. i. grauiꝫ corripiatur vel excōmunicet. Ex isto canone elicit ꝙ non visitans eccl'as saltem die dñico audiendo totam missam. sed dimittēdo hoc ex mala ꝯsuetudine peccat mortaliꝫ. cum nullus debet excōmunicari nisi ꝓ peccato mortali. vt habet. xj. q j. c. nullus. Tertiū signum ꝓbitatis est mansuetudo seu mititas. Ecci. iij. Fili in māsuetudine opa tua pfice. ⁊ sup gloriam hominū diligeris Mansuetudo est cuicitra nobilissima in lecto consciētie. in quo anima cum deo quiescit. Hāc habuit beatus Nicolaꝰ. qui a iuuētute sua fuit mitis ⁊ mansuetꝰ. Ideo ab omibus est dilectꝰ. ſm quod canit. Beatus Nicolaus pontificali bus infulis decoratꝰ talem se exhibuit vt ab oi bus amaret. Et significat ꝓ Moysen qui fuit vir mitissimꝰ. Nume. xij. Quartū signuz est sobrietas que expedit pueris. Ideo dicit apostolus ad Titū. ij. Juuenes similit hortare vt sobrij sint. sic ⁊ beatꝰ Nicolaus cū adhuc rōe non vteret spūsancto docente quarta ⁊ sexta feria ieiunauit. Et hoc ideo vt assueſceret portare iugum domi. Quare ſm Sen. melius retinent q̄ teneris etatibus imꝑmunt. hāc ꝟtutem etiam amare ⁊ tenere debemus. q̄ ſm Bern. nō soluz est absolutio peccatorū. sed extirpatio viciorū nō solū obtinet veniā. sed meret ad gl'am. nō solum delet peccata ꝓterita q̄ cōmisimꝰ sed repellit futura q̄cūq; admittere poterimus. Hec ille Quintū est verecundia que tantū cōuenit iuuenibus. qz Aristo. iiij. ethi. Verecūdia nō cōuenit omni etati nisi iuuenili. ⁊ subdit. Juuenē verecundū laudam⁹. Senem ꝟo timidū nullꝰ laudabit. Et dicit Boetiꝰ Senē veritas. ⁊ iuuenē verecundia vtrūq; bene decorat. Hanc beatus Nicolaus habuit nō in se tm̄ sed in alijs. nā verecundiam Nicola. ꝯuicanei sui portauit in corde suo ei in auro subueniendo. ⁊ ꝟginuz infamiam releuando. ideo canit de ipō. Pudore bono repletus dei famulus sumptibꝰ datis stupa nephas ꝓhibuit. Sextū est obediēna quaz cōsulit apostolus ad Eph̄. vj. Filij obedite parentibus vestris in dño. hoc em̄ iustum est. Et dicit glo. ꝙ debent obedire in licitis ⁊ hōestis Et hoc elucidat Tho. de aq̄no in quotlibeto suo dicēs. Filij de necessitate tenent parētibus obedire in duobꝰ. Prio in conuersatōne domestica vt si parentes miserint eos esse in aliquib⁹ locis sollicitos debent adimplere. Scđo in his que tangūt morum disciplineꝫ. qz in instructōne morū tenent quod est signū future ꝓbitatis. Et posset quis dicere quid est obedientia? Respondet. ꝓprie voluntatis abnegatio. ⁊ diuine voluntatis applicatio. Hanc habuit beatꝰ Nicolaus. qui cum audiret a domio in euangelio. Nisi quis renūciauerit omnibus q̄ possidet ⁊ statim Epiphano patre ⁊ Johanna mr̄e defūctis cepit cogitare qualit diuitias expenderet ad honorem dei. Etiā in signum future obedit̄ tie ꝑma die natiuitatis sue cuz balnearet instinctu spūssancti stetit erectus in pelui. tanḡ paratus ad obediendū ꝓceptis dei. Septimū signū si dolet de iniuria parentū. ſm qđ dicit Tulliꝰ Signum honestatis est lachryma in oculis ad iniuriā factā parentibus suis. Hanc habuit. b. Nicolaus. quia cum videret ꝙ iniuria irrogaretur deo in membris suis. s. tribus iuuenibus ipos libauit. Refert etiam Johānes diaconꝰ. q̄dam vir diues meritis. s. Nicolai filiū habuit quem adeodatū vocauit sancto dei. Hicin domo sua capellam construēs omni anno festum eius celebrabat solenniter Et locus ille sitꝰ erat apud terraz agarenorū. ideo filius eiꝰ ab eis capitur. ⁊ in ꝟuitutem regis eorū deputatur. Sequenti anno dum pater eius festum celebraret ⁊ puer ciphum ꝓciosum tenens regi ministraret. recoluit suam captiuitatem parentū dolorē ⁊ gaudia que ea die in domo sua fiebāt cepit altius suspirare. quorū suspiriorū causam cuz rex minis extorsisset dixit. Quicq̄d tuus Nicolaꝰ agat. tu hic nobiscum manebis. Hanc iniuriaz noluit sustinere beatus Nicolaus. sed subito q̄ si ventus vehemens domum concussit. ⁊ puer cum ciphо rapitur. ⁊ ante fores ecclesie vbi parentes agebant solennia collocat. ꝓpter quod magnū gaudium singulis generabat. Octauū signum future ꝓbitatis est. si iuuenis a parentibus existens lōge. anxiat. quod est signū naturalis dilectōnis. Sic beatus Nicolaus sciēs se longe esse a deo in regione dissimiliudis anxiabatur cum ps. cxix. dicens. Heu mihi q̄ incolatus meus ꝓlongatus est. Ideo de hac anxietate hodie est liberatus. ⁊ celi ciuibus sociatus. sicut patet in legenda. Quodam tpe totā puicia sancti Nicolai fames valida pcussit. ita vt omibus deficerēt alimēta. Audiens aūt vir dei naues onustas tritico portui applicasse. illuc statiz ꝓficiscit rogans nautas vt saltem in centū modijs ꝙ quālibet nauem fame pclitantibus subuenirent. Cui illi. Non audemus pater. qz mēsuratum alexandrie oportet in horrea imꝑatoris nos reddere. Quibus sanctus dixit. Facite nunc quod dico. ⁊ vobis in dei ꝟtute promitto ꝙ nullam minoratōnem habebitis apd regiuz exactorem. Quod cum fecissent ⁊ eandem mensuram quam alexandrie acceperāt reddidissent ministris imꝑatoris miraculum referūt. ⁊ deuz in suo famulo magnifica laude atollūt. Frumētum autē ſm vniuscuiusq; indigentiam vir dei distribuit. ita vt miraculose duobus annis non tantū ad victum sufficeret. sed etiā ad vsum seminis abundaret.

Prefatio

¶ Premonitio fratris Johannis de lapide Cartusiensis: Sacrarū litterarū humilis pfessoris parisiensis. circa sermōes de cōceptōne glorioſe virginis Marie p quendam Heffreth nuncupatū collectos. declarans quid in hac materia sentiendū ac tenendū sit. notāsq; eiusdē collectoris assertiones q̄bus sancta ⁊ immaculata virginis conceptio coinquinari ptendit. cū q̄lificatōe atq; cōfutatōne earūdem.

QVanquā circa quascūq; materias apud doctores theologos disputabiles: licet vnicuiq; absq; periculo sensu suo abundare. ⁊ pia ac recta intētione vel dubitare vel tenere ⁊ tueri opinionez quam voluerit: circa eas tamen quarum altera pars contradictōnis dinoscitur esse vel contra fidem rectam: aut contra bonos mores. vl' piarum aurium offensiua. aut contra determinatōnem ecclesie catholice. vel Romani pontificis: nulli phas est partem illam sequi vel defensare Q si in quibusdam nondum ab ecclesia vl' apostolica sede determinatis p̄sertim honorem dei vel salutem animarū concernētibus: doctores solennes differenter sentire videantur ambigaturq; cui' sit poti' opinioni adherēdū. tuti' est vt apostolica sedes consulatur. ad quaz huiusmodi dubiorū determinatō pertinet. vt habet in canone. palam. distin. xj. ⁊ in canone Nec licuit. distin. xvij. ⁊ in canone frater. xxj. q. j. Et xxiij. q. j. c. quotiēs. ⁊. c. rogam'. e. q. Sic beatus Hieronymus expositōem Symboli ab eo editam Romano pontifici examinandam commisit. ita ad Damasum papaz scribens. Hec inquit fides est papa beatissime quā in ecclesia catholica didicimus. quāq; semp tenuimus. In qua si minus perite aut parum caute aliq̄d forte positum est: emendari cupimus a te. qui petri ⁊ fidem ⁊ sedem tenes. Post cuius quidem sedis decisionem nulli licet aliter sentire aut in dubium reuocare. quinpotius ab omnibus qd eius auctoritate sancit: firmius atq; incōcusse tenendū est. vt habetur in canone. cōsequens. distin. xj. Unde temeritatis corripiendi sunt et increpandi istud non obseruantes. vt habetur in canone. Si decreta. distin. xx. vbi sic dicitur Si decreta romanorū pontificuz non habetis: de neglectu atq; incuria estis redarguendi. Si vo habetis ⁊ non obseruatis: de temeritate estis corripiendi ⁊ increpandi. Sic eteīn omnes sanctōnes apostolice sedis accipiende sunt: tanq; ipius diuina voce petri firmate. vt. xix. distin. Sic omnes. Nulli igitur phas est vel velle vel posse trāsgredi apostolice sedis precepta. vt dicit beatus Gregorius. ⁊ habet in canone Nulli phas. e. distin. ⁊ post pauca subditur in canone. Sit ergo ruine sue dolore prostratus. quisquis apostolicis voluerit ꝓtraire decretis. vbi glosa dicit. Hic videtur q̄ omnis qui non obedit statutis Romane sedis: sit hereticus. Unō ⁊ in textu sequitur. nec locum deinceps inter sacerdotes habeat. sed exors a sancto fiat ministerio. nec de eius iudicio quisq; postea curaz habeat. qm̄ iam damnatus a sancta ⁊ apostolica ecclesia sua inobedientia atq; presumptiōe a q̄ quā esse non dubitet. ⁊ infra in fine sic concluditur: Sitq; alienus a diuinis ⁊ pontificalibus officijs: qui noluerit preceptis apostolicis obtemperare. Hec hactenus p̄misimus: vt attendant ⁊ discant vniuersi quid in materia de sancte ⁊ immaculate virginis ⁊ matris domi conceptōne. tenendum credendū ac p̄dicandū sit. Nam ⁊ si fortassis cum questio super cōceptōe illius sacrate ꝟginis p annos plurimos in theologorum scholis agitaret. quereret q̄ ac disceptaretur. vtrum in originali peccato fuerit concepta: vel an potius p nullum instans illi culpe fuerit subiecta. sed speciali priuilegio ab omni macula p̄seruata: nondū aliqua generali ⁊ autentica decisione facta. licuerit vel hozū sermonum collectori. vel cuiuis alteri opinari ⁊ tenere quod libuit. tamen post autenticas determinatiōes supuenientes: nulli amplius licitū fuit nec erit in celum os ponere. ⁊ ea respuere vl' in dubium reuocare: que tanta fuerint autoritate definita. ¶ Determinauit autē p̄mo Alma parens vniuersitas parisiensis Anno domice natiuitatis. M. ccc. lxxxiij. Mariam matrē domini p nullum instans vel momentum originali culpe fuisse subiectam. sed speciali priuilegio ab omni macula immunē fuisse preseruatam. ¶ Desipiunt sane qui huic pie ⁊ sancte determiationi repugnant. Quis enim recte sapiens dubitare potest tot ac tantos viros vita moribus ⁊ sapientia ꝓbatos. in nomine domi in hac materia diffinituros fuisse congregatos? Quod si ita est: quis sobrie sentiens. ambigit ipammet veritatem iuxta euangelicam eius assertionem in medio eorū extitisse? Si enim vbi duo vel tres congregati sunt in nomine domi ipe in medio eorū est: quō absens esse credendus est. vbi tot in nomine eius cōgregantur? Quis autē in tantam dementiā labi potest. vt ibi errorem cōtigisse arbitretur: vbi ipa dei sapientia ⁊ infallibilis veritas in medio fuisse phibet? ¶ Definiuit postea atq; declarauit Sacrosanctū Basiliense concilīū anno videlicet. M. cccc. xxxix doctrinā ita illaz differentem glorioſam ꝟginē dei genitricem p̄ueniente ⁊ cooperante diuini

Premonitio circa

muneris gratia singulari. nunq̃ actualiť subiacuisse originali peccato. sed immunē semp fuisse ab omni originali ⁊ actuali ruga. sanctamq̃ ⁊ immaculataz: tanq̃ piam ⁊ consonam cultui ecclesiastico. fidei catholice. recte ratiōi. ⁊ sacre scripture: ab omnibus catholicis approbandaz foze tenendam ⁊ amplectendaz. nulliq̃ de cetero licituz esse in contrariū predicare seu docere. Quā periculose sentiāt qui hanc equissimam ⁊ dignissimam sanctionem calumniank. et pertinaci sua rebellione irritam facere contendunt: ipi resipiscendo diligenter ppendant. Si enim synodus istius cōcilij in spūsancto legitime fuerit congregata: vt plurimi ⁊ boni ⁊ doctissimi viri indubitata fide tenuerunt: nec illi calūniatozes nec aliquis verus catholicus dubitat q̄n firma ac rata sint ⁊ haberi debeant ab oibusq̃ christianis obseruanda: que in hac materia diffinita sunt. Cum itaq̃ ipsi quicquid dicant vel sentiant. non sint certi de contrario videlicet q̄ non fuerit synodus illa legitime cōgregata: q̄s nanq̃ ex eis nouit sensum domini aut consiliarius eius fuit. in approbatōne vel reprobatōne istius concilij: certum est ⁊ eos ⁊ omnes se periculoso exponere discrimini: qui ⁊ illis diffinitoribus ⁊ diffinitis p eos ptinaciť resistūt. ¶ Accessit his tandem anno. M.cccc.lxxvj. auctoritas Romani pontificis Sixti quarti felicis recordatōis: eiusdem singulari gratia preseruate virginis sanctam ⁊ immaculatam conceptōnez declarantis. cōmendantis. approbantis. et confirmantis: missamq̃ ⁊ officium speciale de festiuitate illius mundissime conceptōnis instituentis: magnarumq̃ illarū indulgentiarū participes esse volentis omēs ⁊ singulos q̄ huiusmodi missam ⁊ officium celebrauerint. dixerit. vel interfuerint ipō die festiuitatis ⁊ p octauas eiusdem: quibus Urbanus quartus ⁊ Martinus quintus aliq̃ romani pontifices gaudere voluerunt omnes vtriusq̃ sexus. qui in festiuitate pciosi corporis ⁊ sanguinis domini nostri ie su christi similia officia de eodem festo celebrarent. vel dicerent. aut illis interessent. Horum clara ⁊ euidens comprobatio habetur ⁊ ex ea que ab eodem pontifice emanauit bulla. ⁊ ex officio per eum instituto ⁊ p bullam approbato ac confirmato. ¶ Huic autētice ⁊ solenni declarationi. commendationi. approbationi. institutōi. ac confirmationi dissentientes. inobediētes. cōtradicētes vel repugnātes. impie. blasphemе. sacrilege. ⁊ in fide male sapere: imo heretice cōtra rectam fidem sentire. censuraſq̃ ⁊ penas superius expressas incurrere: nullus ver⁹ catholice ecclesie filius debet dubitare. Neq̃ ad excusandas excusatōnes eorum in peccatis. adiumento esse poterunt quecūq̃ garrule. arrogantes. contentiose. fallaces. paralogistice atq̃ sophistice argutie. vel scriptura aliqua: cuiuscunq̃ auctoritate videaťfulciri. Irrefragabiliter enim diffinitum est. ⁊ obstructum est os omniū in hac materia loquentium ⁊ falsefingentiū iniqua. Omnis igitur iniquitas opilet os suum. q̄m mentita est iniq̃tas sibi. ¶ Pretermittim⁹ multarū aliarum sollenniū vniuersitatum concordes decisiones. Tacemus p̄terea omniū fere sanctarū religionum innumeros deuotos professores. fide verbo ⁊ opere determiatōes istas approbantes ⁊ defendentes. Neq̃ in medium adducimus cōmendabilem dignissimum ⁊ approbatum sancte matris ecclesie ritum deuotissimo ac debito cultu hanc sanctam ⁊ immaculatam v̄ginis conceptōnem p vniuersum orbē christifidelium celebrantis ⁊ solennizantis. ¶ Preterimus deniq̃ diuina testimonia tam reuelationū q̄ mirificarū ⁊ formidabiliū vrionū in aduersarios huius immaculate conceptiōis deseuientiū. quibus vtinā terreank qui adhuc insurgunt aduersus eam. Terreantur inq̃ resipiscant conuertank: virgini dent gloriam et viuant. Quod si rebelles facere cōtemperint: exurge o virgo p̄clara exurge o pulcherruma inter mulieres. quoniam tota pulchra ⁊ omnimode pulchra. tota immaculata ⁊ semp immaculata. non cui aliqua macula ablata sit. sed que maculam nullam vnq̃ contraxeris. exurge o deifica mater domini ⁊ dissipa inimicos tuos. diffamatozes tuos deo odibiles detractozes tuos. dissipa eos quia bella volunt contra te. fugiant a facie tua qui te oderunt. profer in eos ꝓpheticaz illam sententiā diuina dispensatōe tue dignitati congruentem: confundank ⁊ deficiant detrahentes anime mee. operiank confusione et pudore qui querunt mala mihi. Et iterum: cōfundantur ⁊ reuereank querentes animam meaz. auertantur retrorsum ⁊ confundantur cogitantes mihi mala. fiant tanq̃ puluis ante faciē vēti. ⁊ angelus domini coartans eos. fiat via illorum tenebre ⁊ lubricū. ⁊ angelus domini persequens eos. quoniā gratis absconderunt michi interitū laquei sui. supuacue exprobrauerūt aiam meam. Exurgat ⁊ benedictus filius tuus cui te ex conficta in te coinquinatōne dedecori foze pretendere conuincunk. Excites illū o virgo beata eiq̃ dicas: exurge fili iudica causā tuā memor esto improperiorū tuorum eorū que ab insipiente sunt tota die. ne obliuiscaris voces inimicorū tuoruz. Exurge inq̃ aduersus dolosum ⁊ mendacem tui dedecoris compositorez. impropera ⁊ exprobra illi delictum oris sui cōminatorio illo prophetico edicto: os tuū abundauit malicia. ⁊ lingua tua cōcinnabat dolos. sedens aduersus fratrem tuum loquebar. ⁊ ad

uersus filium matris tue ponebas scãdalum. ℔ feciſti ⁊ tacui. exiſtimaſti inique q̃ ero tui ſimil' arguam te ⁊ ſtatuam contra faciem tuam. Exurgant quoq; tecum o immaculata virgo i malignos iſtos blaſphemos ⁊ ſacrilegos aduerſarios tuos. omẽs deuoti tui cultores exurgãt. ⁊ in memoriam eis reducant horrendum illud et ſupuenturum ipſis niſi reſipiſcant p̃noſticum. Erubeſcant impij ⁊ deducantur in infernum. muta fiant labia doloſa que loquuntur aduerſus iuſtam iniq̃tatem in ſuperbia ⁊ in abuſione Et iſtud: Imple facies eorum ignominia. et q̃rent nomen tuum domina. Erubeſcant ⁊ conturbentur in ſeculum ſeculi. ⁊ confundantur et peant. ⁊ cognoſcant quia nomen tibi domina. (Sic enim nomen tuum Maria interp̃retat̃.) tu ſola altiſſima in omni terra. Verũ quia ſerui tui ſine te nihil poſſunt: da eis virgo ſacrata ℣tutem cõtra hoſtes tuos. dignare eos ſic te laudare ⁊ innocentiam tuam defenſare: vt illud a te mereantur audire: Exultent ⁊ letentur q̃ volunt iuſticiam meam ⁊ dicãt ſemper magnificetur dominus qui volũt pacem ancille ſue imo matris eius. ¶ Ex premiſſis inexpugnabilib⁹ determinationibus firmiſſima ratõne ⁊ autoritate roboratis. euidentiſſime demonſtratur omnes aſſertões collectoris illis contrarias ⁊ repugnantes: eſſe falſas. erroneas. ſcandaloſas. piarum aurium offenſiuas. ⁊ in fide non ſanas. ⁊ idcirco ab omibus catholice fidei filijs reſpuendas. negandas. damnandas: nullamq; fidez eis penit⁹ adhiberi debere: niſi ad piũ ⁊ ꝓtrariũ intellectum interp̃retẽtur: ⁊ ad honorem ac laudem virginis reflectant̃.

¶ Notatio aſſertionum primi ſermonis. mundiſſimam virginis conceptõnem maculare p̃tendentium: cum earũ condemnatõne.

Neautẽ lector incautus fallatur: ⁊ falſa pro veris ac damnata p̃ approbatis ſuſcipiat: (Simul enim cõmixta ſũt) oportunũ fore duximus. vt omes ille damnate aſſertõnes in p̃mo collectoris ſermone interpoſite: ſingillatim ſubnotent̃. ⁊ iuxta debitas ſibi conditõnes qualificent̃. Quarum plures inſeruntur ſtatim poſt. ℣. vbi poſtq̃ p̃miſit diſtinctõnem quadruplicis conceptõnis ſubiungit: De tribus p̃mis conceptõnibus. ſ. eterna. ſeminis. hominis. hoc feſtum nõ celebratur. ⁊ addit̃ is p̃tenſis quibuſdam p̃batõnibus de ſecũda ⁊ tertia: concludit de quarta. q̃ ad hanc ſcilicz quartã conceptõnem virginis: eſt intẽtio eccleſie hoc feſtum celebrantis. ⁊ ad dictorũ confirmatõnem adducit Jordanum in ſuis poſtillis Lq̃ celebrantem hoc feſtum oportet dirigere intentõnem ad conceptõnem ſpũs. quo beata virgo in vtero ſanctificata fuit: ⁊ non ad primã. ſ. ſeminis que feda extitit. nec ad ſecundaz. quia in illa cõtraxit maria maculam: ℔m ſanctos doctores. ⁊ ſubdit: Et q̃uis in iſta conceptõe contraxit peccatũ originale: tamen ſtatim ⁊ ſi nõ in p̃mo inſtanti ꝓpter nature repugnantiam. tam̃ ſubito poſtea eſt ſanctificata ⁊ purgata: ⁊ h̃ triceſima quinta die poſt conceptõnem ſemis Sz tamen voluit Maria illa die hoc feſtũ celebrari potius q̃ .xxxv. ꝓpter tres ratõnes.

¶ Ex iſtis ſententialiter colligit̃. p̃mo hec aſſertio copulatiua: De ſecunda conceptõne ſcilicet ſeminis non celebrat̃ hoc feſtum: ſed celebratur de quarta: ⁊ ad hanc eſt intentio eccleſie hoc feſtum celebrantis. ¶ Hec aſſertio falſa eſt et erronea. impia. temeraria ⁊ damnata. Falſitas q̃dem eius demonſtratur ex officio quo eccl'a de eodem feſto vtitur. illud em̃ veram intentõnez eccleſie declarat. conſtat autem q̃ in officio illo commemoratio ⁊ commendatio fit conceptõis ⁊ non ſanctificatõnis: niſi in q̃tum ſanctificatio coniuncta eſt conceptõni: ℔m q̃ dicitur ſctã cõceptio. Error ex eodem patet: ⁊ ex hoc etiaz: q̃ aſſerit ſanctificatõnem fuiſſe factam die. .xxxv. ⁊ tamen illã die p̃mo videlicet conceptõis ſeminis celebrari. Impietatem probant diuinitus facte reuelatõnes. quibus cum pia fides adhibenda ſit: aſſertio hec reſiſtit Temeritas p̃ſumptõnis dinoſcit̃: cum de intentõe eccleſie abſq; aliquo ꝓbabili vel certo indicio iudicat̃. Damnatiõis teſtes ſunt ſupius adducte deciſiones.

¶ Secunda aſſertio qua probare p̃ſumit p̃mã partem p̃cedentis aſſertõnis. dicens. [Q̃ non de ſecunda.: quia in illa nec contrahitur culpa nec infunditur gratia ⁊c̃]. Quã q̃ ſane intellecta vera ſit: tamen inſufficiens ⁊ inptinens eſt ad ꝓbandum intentum. Non enim ideo feſtuz illius immaculate conceptõnis iſto die celebratur: quia tunc ablata ſit culpa vel collata ſit gratia anime illibate virginis que nondũ erat creata: ſed ideo quia niſi diuina ordinatio ſpeciali p̃ ſeruatõnis prerogatiua obſtitiſſet: in illa materia conceptiõis fuiſſet morbida infectio exqua anima poſtea originalem maculam cõtraxiſſet ſicut collector conſequenter dicit de maſſa tertie conceptõnis. Quia igitur diuina diſpenſatione iſto die actum eſt. ne aliqua infectio p tractuctõnem ſeminis tranſiret in carnem virginalis corporis. ex qua anima virginis culpam cõ traheret originalem: ideo eodem die feſtum cõceptõis beatiſſime virginis ab eccleſia celebratur. que quidez conceptio licet non formaliter: diſpoſitiue tamen ⁊ quodãmodo effectiue ſancta dicitur. Unde conſtat probatõnem illã eſſe

inualidaz qua sic arguere intēdit. [In illa secū da conceptōe nec contrahit culpa nec infundi tur gratia: igitur de ea nō celebratur ḃ festuz.] Quāq̄ etiam dici posset q̄ ꝑm legem cōmunez ꝛ vbi specialis diuina gratia non ꝓoccupat. in illa conceptōne dispositiue contrahatur culpa: cuius sola anima formaliter capax est. Tertia assertio sequit. in qua dicitur. [In tertia scili cet conceptōe cōtrahitur originale peccatū ꝛc.] Hec assertio ꝛ si de lege cōmuni admitti possit. diuino ꝓuilegio non derogando: tamē si ad ꝓposituz ad conceptōnem virginis extendatur: interimit. falsificatur ꝛ damnat ꝓ ꝓuilegiū spe ciale. Pro cuius clariori intelligentia aduerten dum: q̄ inter legem cōmunem siue ius cōmune ꝛ ꝓuilegium siue legem ꝓuatam. hoc interest: q̄ ius cōmune ad vnam ꝓsonam directum. ad omnes extenditur. vt habetur in canone. Mi ramur. di. lxj. Priuilegium vero est principis beneficium contra ius cōmune indultum. Non est enim priuilegiuz: nisi aliquid indulgeat spe ciale. vt in. c. abbatez. de ẏ. sig. ꝛ. c. in his. de ꝓ uilegijs. Priuilegia itaq̄ sunt leges ꝓuatoruz: quasi ꝓuate leges. vt in canōe di. iij. priuilegia. vnde ꝛ ꝓuilegium dictum est eo q̄ in ꝓuato fe ratur. vt dicitur ibidem. Dicūtur autem hic ꝓ uati omnes exempti a iure cōmuni. vt ibi notat glo. ꝛ ita lex priuata potest dici ꝓferentia vni⁹ persone ante alias in honore. dignitate. immu nitate vel alio simili. Nec tollit ꝓuilegium per ius cōmune: nisi de ipo mentō specialis fiat. vt de rescrip Cum ordinem. Qua distinctōne le gis cōmunis ꝛ ꝓuate diligenter obseruata: om nes aduersariorū calūniose obiectōnes siue ex canonica scriptura siue sanctorū doctorū dicti robur sibi assumere ꝓtendant: tanq̄ puluis aī faciem venti dispergunt. Cū enim adducitur il lud apostoli Roma. iij. Omnes peccauerunt: ꝛ egent gl̄a. vel illud. e. v. ꝓ vnū hoiez peccatū in hunc mundū intrauit: in quo omēs peccaue runt. vel illud Augustini de fide ad petrū. Fir missime tene ꝛ nullatenus dubites: omnem ho minem qui ꝙ concubitū viri ꝛ mulieris cōcipi tur: cum peccato originali nasci. ꝛ impietati sub ditum. morticq̄ subiectum. ꝛ ob hoc natura ire filium nasci ꝛc. vel aliud eiusdem aut cuiusuis alterius simile. quod cōmuni legi innititur: ni hil valide potest cōtra immaculatam virginis conceptōnem concludere: Cum ꝓ ꝓuilegiū spe ciale sit ab ista lege cōmuni exempta. Sed huic responsioni statim obsistunt virginis detracto res: dicentes hec a nobis in ventum absq̄ aliq̄ ratione ꝛ auctoritate esse prolata. Quoz̄ licet rebellioni satis arbitremur ex superioribus fa ctum esse: tamen vt lucidius eoz̄ appareat per tinacia: id ita factum fuisse vt diximus: verissi mis rationibus comprobabimus. Si nāq̄ ad mittere cōuincantur q̄ vnigenit⁹ dei filius po tuerit ab eterno ꝓelectam sibi matrem spāli ꝓ uilegio ꝓseruare. ne scōm cōmunem legem in peccato originali conciperet: id q̄ eum decue rit ꝛ hoc facere voluerit: necessario cōcedere co guntur q̄ ita fecerit: Cum omnia quecunq̄ vo luerit. fecerit. Non possunt resistere quin eum fateāt potuisse: sed id decuisse facere aut volu isse negant. ideo istud ꝓbare conabimur. Indu bitatum nanq̄ est filium dei omnia decere que potest: si ea facere velit: cum nichil non decens aut inhonestum facere possit. ꝛ ita quoq̄ certū est cūcta que ipm facere decet: velle facere aut voluisse: cum in ipo sit omniū ꝓfectionuz pleni tudo. Quo fit: vt si eum decuerit matrem a cō muni lege eximere: q̄ voluerit ꝛ fecerit. ꝛ vice uersa si eam speciali ꝓuilegio preseruare ab om ni macula voluerit: q̄ eū decuerit ꝛ ita fecerit. Sic autem ostendemus q̄ eum decuerit. Dece tissimum em̄ erat vt ille qui non soluere sed im plere legem venerat: ꝓceptum de parentū amo re ꝛ honore ꝓ posse adimpleret scōm perfectis simum gradum. Sed si filius dei matrem nō ꝓ seruasset: nec possibilem amorem nec cōdignuz honorem ei impendisset: cum eam si in peccato concepta fuisset: quandoq̄ non dilexisset: imo odio habuisset: cum fuisset impietati subdita. morticq̄ subiecta. ꝛ ob ḃ natura ire filia. vt Au gustinus in li. de fide ad ꝓe. insinuat. ꝛ aposto lus eph̄. ij. expresse notat. Item cum potuisset eam ab isto dedecore preseruasse: non summuz ꝛ possibilem ꝛ matri debitum honorem exhibu isset. Quod si concedāt: quid blasphemius in dei filiū dici pōt: Si ẏo non affirmet: ꝙsequēs est vt verum sit quod probare contendim⁹. Ex ꝓterea idem dei filius id facere voluerit ꝛ ex cō sequenti sic fecerit: demonstrāt ex maxio amo re ipius ad eccl'am sponsam suaz: quam vt pol licitus est vsq̄ ad consumatōz seculi non dere linquet: quā tanq̄ ꝓuidentissimus nauta gub nat: quam tāq̄ veritatis magister nunq̄ errare ꝓmisit. vt habetur ex canone. nō turbāt. xxiij. q. j. ꝛ cano. A recta. Ꝑmisisset autez ꝛ adhuc ꝓmitteret eam errare: si noluisset matrem suam immaculatam ꝓseruare: quam eccl'a eum ꝓser uare voluisse ꝛ ꝓseruasse ꝓ celebratōz eiusdem conceptōnis testāt. Ecclesiam dicimus maiorē ꝛ deuotiorē partem totius populi xp̄iani. In dignum est etem̄ putare solos illos paucos vir ginis aduersarios sane in hac materia sentire ꝛ eccl'am facere. Omnes autē alios incompabili ter plures ꝛ in altiori gradu ꝓfectiōis errare. Accedit ꝛ alia ratio satis euidenter ꝓbans qō intendimus. Non enim decuit q̄ vnigenit⁹ dei filius rex regum ꝛ domin⁹ dominantium regni celestis imperator: cuius imperiū multiplicabi tur ꝛ cuius regni non erit finis: minorem hono

rem impenderet regine celorum ⁊ eterni imperij imperatrici non modo sponse spũali ꝫ ⁊ matri sue naturali q̃ impator terrenus imperatrici cõiugi sue. voluit autem impator terren⁹ imperatricem non sic subiectaz esse legibus vt nõ eisdem ꝑuilegijs gauderet quibus ⁊ ipe qui legibus solutus est. vt habetur .ff. de le. ⁊ se. con. l. ꝓnceps. vbi sic lex dicit. ¶ Princeps legibus solutus est. Augusta autem licet legibus soluta non est: ꝓnceps tamen eadẽ illi ꝑuilegia tribuit que ⁊ ipe habet. Aut igitur celestis imperator reuerentia. pietas ⁊ clementia in matrem a terreno superat: Aut fateri necesse est eadem ipm matri ꝑuilegia cõtulisse que ⁊ ipe habuit. quorum saltem ipa capax fuit: quemadmodũ ⁊ huius ꝑuilegij ꝓseruatõnis ab originali capacissima fuit. si ⁊ inquantũ ei filius conferre voluit. Cum itaq; ꝓmum omnino impium censeatur: necessario secundũ admittitur. vt scilicet matri illud contulerit ꝑuilegium. ¶

Cum nat⁹ esset iesus in bethleem iude in dieb⁹ herodis regis. Matth̄. ij. Alphorabi⁹ in li. de. xij. regionibus dicit. Sole oriēte versus nostrā supficiem regionis. tūc in oriētalibus ptib⁹ strepit⁹ audiunt̄. Q̄d cōfirmās Poli. i spe. na. dic̄: Adueniens sol in oriēte strepit⁹ horridos aeris suscitat ꝛ fragores. Causam ponit in li. de septez mira. mūdi dicens: Regio oriētis humida est multis stagnis. ideo ꝛ frigida. veniēte aūt celeriter sole calido ip̄m humidū ꝛ frigidū in calidū trāsmutat. ex qua trāsmutatiōe strepitus audiuntur. Et ponit Poli. sūe de ferro ignito q⁹ si in aqā frigidā imergit̄ son⁹ generat̄. Spiritualiter. qñ sol iusticie xp̄s oriebat̄ p suā natiuitatē statim miri strepit⁹ laudis sunt auditi. Nā angelus apparuit in claritate magna stās iuxta pastores dicēs: Ecce euāgelizo vob̄ gaudiū magnū q̄d erit omni populo ꝛc̄. Et subito est cum illo facta multitudo celestis clamātiuz ꝛ dicentium. Glia in excelsis deo. Luc̄. ij. Similiter pastores cū magno strepitu venerūt in bethleē videntes puerū natum. ꝛ reuertentes glorificabāt ꝛ laudabāt ip̄m vt dicit̄ ibidē. In ptibus istis oriētalibus in q̄bus illi tres magi habitabāt. trahentes originē ex balaam sacerdote. auditi sūt strepit⁹. quia nato dño eadem hora noctis apparuit stella in monte victoriali habēs formam pueri ſm Chry. in origi. super Matth̄. ꝛ signū crucis i fronte. ꝛ imobilis tota die. Et audita est vox de stella dicēs: Nat⁹ est nobis rex iudeor q̄ est expectatio gētiū. ite ad inq̄rendū ꝛ adorandū eū. Ip̄i igit̄ reges p astrologos ꝛ astronomos q̄ habitabāt in monte p̄dicto edocti. se ad iter cum ornamēt̄is varijs p̄parabant ad regem natū inq̄rendū. Et hoc ē q̄d dicit euangeliū. Cuz nat⁹ eēt iesus i bethleē iuda ꝛc̄. In quib⁹ tria tangunt̄. Primo magorū diligens inq̄sitio siue indagatio. ibi. Cū natus eēt. Secōo puerſor ingens pturbatio. ibi. audiēs aut̄ herodes ꝛc̄. Tertio deuotorū feruens adoratio. ibi. ꝛ intrātes domuz. Dēpmo est notandū Bern̄. in ſmone huius festiuitat̄ dicit sic. Cū creator oiuz fratres charissimi formā serui accipiens venit in hunc mūdū. voluit se tribus ostēdere signis. Hodie eni magi xp̄m adorāt. Johes baptizat. xp̄s aquā in vinū mutat. Primo eni ostendit se in apparitiōe. cū eni esset. xij. dierū magi ad eū stella duce venerūt Et dicit̄ epiphania ab epi. q̄d est supra ꝛ phanos apparitio. q⁹ tunc de sursū stella apparuit Secōo ostendit se in baptismo cuz erat. xxx. annorū ꝛ vnius. Et tunc dicit̄ theophania a theos q̄d est deus ꝛ phanos apparitio. q⁹ tūc trinitas apparuit. pater in voce. filius in carne. ꝛ spūssanctus i specie colūbe. Matth̄. iij. vbi legit̄. Postq̄ baptizat⁹ ē iesus descendit d̄ aqua ꝛ celi apti sunt ei: ꝛ vidit spiritūsanctū descendentē sicut colūba. ꝛ vox patris audita ē dicēs Hic est fili⁹ meus dilect⁹ ꝛc̄. Tertio i mutatione aque in vinuz. q̄d eodem die reuoluto anno cum esset. xxxj. annor ꝛ. xij. dierū aquā i vinū mutauit. Et hoc dicit̄ bethania a beth q̄d est domus. q⁹ miraculo facto in domo ver⁹ deus apparuit. De his tribus miraculis sic canit ecc̄lia. Tribus miraculis ornatuz diē festū colimus hodie stella magos p̄duxit ad p̄sepiū hodie vinum ex aqua factū est ad nuptias. hodie xp̄s a Johāne baptisari voluit vt saluaret nos. Sed p̄ima apparitio hodie p̄incipaliter

celebrāf. de q̄ dicit euāgl. Cū nat⁹ eēt ieſus ſcz tpaliter de ꝟgine maria fm hūanitatem. qz a deo pfect⁹ naliter genit⁹ ē fm diuinitatē. Nat⁹ eſt inḋt i bethleē iude. vt ipleref illō Mich. v
L Et tu bethleē terra iuda ⁊c̄. in dieb⁹ heredis regis iudeoꝝ. ſ. aſcalonite. Tres enī erāt hero des in iudea vt dicit Nico. de ly. ſuper Mat. Prim⁹ fuit inſtit ut⁹ rex a romanis cui⁹ pr̄ fuit idume⁹: ⁊ iſte vocat⁹ fuit herodes aſcalonita. cui⁹ tpe nat⁹ ē xp̄s. ſicut dicit euāgeliū. ꝓpter quē occidit innocētes. Scōs fuit herodes antipas fili⁹ herodis aſcalonite. ⁊ iſte nunc̄ fuit rex tetrarcha galilee. Luc̄. iij. Et iſte decol/lauit Jobez baptiſtā. tandē accuſat⁹ apud imperatorē miſſus fuit in exiliū. Terti⁹ fuit herodes agrippa fili⁹ ariſtoboli filij herodis aſcalonite. ⁊ de iſto dr̄ in feſto kathedre ꝑetri. Uerſus. Aſcalonita necat pueros. antipas Jobez Agrippa iacobū. claudēs in carcere petrū. Et ecce magi. ḃ eſt ſapientes q̄ſi ſapientia magni. qz olim ſapiētes populū ⁊ rem publicā rexerūt ⁊c̄. Ubi aut Seneca in epl'a. xiiij. Seculū dicebatur tūc aureū. De hoc dicit Hugo de ſancto victore. O felicia antiquoꝝ tpa cū impatores mūdū regētes ſe ſtudio phie dederūt. Tūc enī cuiuſlibet regni glia creuit p̄ imenſum q̄diu in ipis ſtudia artiū liberaliū viguerunt. Et tales fuerūt iſti tres reges Caſpar Balthaſar Melchior. phie amatores. hi venerūt ab oriente in hierlm. Quid aūt mouit eos ad veniendū. Ui de ſupra ſermone p̄cedente mēbro p̄mo. Quia ſtella quē viderāt. Sed q̄dam doctor nomine
B Herman⁹ dic̄ quēlibet ip̄oꝝ ſpeciale ſignū habuiſſe. Refert enī q vni⁹ regis vxor peperit filiū eadem nocte ⁊ hora q̄ xp̄s naſcebaf. q̄ puer ſtatim vt fuit nat⁹ erect⁹ ſtetit ⁊ dixit: Iſta nocte in iudea nat⁹ eſt nob ſaluator nr̄. ⁊ iſte fuit balthaſar. Alius rex melchior habuit pomerium pulchrū in q̄ creuit balſam⁹. arbores autē balſami habēt q̄ſdam domūculas ad modum malagranatoꝝ. in q̄bus ē balſam⁹ Una igitur nocte domūcula creuit vltra morē ſolitū. quaz rex ſpēaliter cuſtodiebat. Nocte igit̄ q̄ nat⁹ eſt xp̄s apta ē. ⁊ viſa ē in ea colūba q̄ volās dixit Iſta nocte nat⁹ eſt ſaluator generis hūani. Caſpar terti⁹ rex habuit ſtructionez q̄ habuit duo ouа que lōgo tpe cuſtodiuit magna diligētia. Nocte igit̄ q̄ xp̄s nat⁹ ē. apta fūt ⁊ i vno repertus eſt leo. ⁊ in alio ouis. Et audita fuit vox q hac nocte puer nat⁹ eēt q̄ eēt de⁹ ⁊ homo. Per leonē deitatē. ⁊ p ouē hūanitatē itellexit. His ſignis viſis. ſe ad viā parauerūt. Uenerūt in/quā de triplici india. Melchior de india in q̄ ē regnū arabie ⁊ nubie. Balthaſar de india in q̄ eſt regnū ſaba ⁊ godolie. Caſpar q̄z in q̄ ē regnū tharſis ⁊ iſula griſaula. portātes ſecū munera fm q p̄dixit dauid pſ. lxxj. Reges tharſis ⁊ inſul'e munera offerēt. Qualiter aūt ad inuicē apud hierlm venerunt. vide ſupra fmone p̄cedente. Intrātes igit̄ cū p̄ncipalioꝝ milit⁹ hierlm ciuitatē. p maiori pte extra remanſerunt. Quare aūt hierlm venerūt. cuz ibi dñs E
nō ſit nat⁹. quattuoꝝ aſſignat Remigius rationes. Prima qz magi tp̄s natiuitatl xp̄i cognouerūt ſed locū ignorauerūt. Et qz hierlm erat ciuitas regia. ⁊ ibi erat ſummū ſacerdotiū. ideo ſuſpicati ſūt q̄ tam egregi⁹ puer nō niſi i regia ciuitate naſci deberet. Scōa vt citius locū natiuitatis diſcere potuiſſent. cū ibi ſapiētes legl ⁊ ſcribe reſiderent. Tertia vt iudei inexcuſabiles manerēt. potuiſſent enī dixiſſe. nos q̄dez locuz natiuitatis cognouim⁹. ſed tp̄s ignoram⁹. ideo nō credim⁹. Quarta vt ſic ſtudio magoꝝ ꝑdemnaref pigritia iudeoꝝ. nā illi vni ꝓphete crediderūt. iſti plurib⁹ credere noluerūt. Illi q̄rūt regē alienū. iſti nō q̄runt ꝓpriū. Illi venerūt de lōginquo. iſti mānſerunt i vicino. Iſti reges ſucceſſores fuerūt Balaam q̄ ad viſionē ſtelle venerūt. ꝓpter illā ꝓphetiā. Orief ſtella ex iacob ⁊c̄. Nume. xxiiij. Ad aūt magi veniēdo interrogauerūt. Ubi eſt inḋunt q̄ nat⁹ ē rex iudeoꝝ. cui⁹ expoſitionē vide ſupra i fmone p̄cedēte. Et tm̄ de p̄mo. Qrtū ad ſcm̄ ponif p/nerſoꝝ pturbatio. cū dr̄. Audiēs aūt rex herodes turbatus eſt ⁊ oīs hieroſolima cum illo. i. maioꝝ ps. Recte enī fecerūt ſicut apes q̄ cū viderint regē ſuū turbatū turbanf cū illo. ⁊ non ꝓcedūt ad examen. ſicut dicit Pſl. in ſpe. na. Sup hec ꝟba dicit Fulgenti⁹ i fmone hodierno. Quid ē q ſic pturbaris herodes. q̄n natuz regem audis turbaris. ſuſpicationib⁹ agitaris ſtimulis inuidie inflāmaris. ⁊ ob ḃ natū regez occidere conaris. Inanis ē iſta pturbatio tua. rex iſte q̄ nat⁹ eſt non venit reges puguādo ſuperare. ſz venit ſibi moriēdo mirabiliter ſubiugare. Nec ideo nat⁹ vt tibi ſuccedat. ſz vt mundus ſimpliciter in eū credat. venit enī nō vt pugnet viuus. ſed vt triumphet occiſus. Nec vt ſibi de alijs gentib⁹ exercitū q̄rat. ſz vt p ſaluā dis gentib⁹ p̄cioſum ſanguinē fundat. Inaniter inuidendo timuiſti ſucceſſorē quē credēdo debuiſti habere ſaluatorē. qz ſi in eū crederes. cū eo regnares. Et ſicut ab iſto accepiſti tpale regnū. ſic etiā accipes ſempiternū. Tu regnuz nullaten⁹ habuiſſes niſi ab eo acceptiſſes. Puer iſte q̄ nūc rex a magis dr̄ iudeoꝝ. idē creator ⁊ dñs ē angeloꝝ. q̄propter ei⁹ times infantiaz naſcētis. magis timere deberes oīpotentiā iu/dicantis. Noli enī timere regni tui ſucceſſorez ſed time infidelitatis tue iuſtiſſimū dānatorem hec ille. Hoc ideo dicit Fulgentius⁹. timuit herodes ne iudei regem natū tāḋ ſuū acciperent. ⁊ ſe tanḋ alienigenā expellerēt. Dicit enī Ubry. Sicut arboris ramū i excelſo poſitū. leuis etiā

aura mouet. Sic ⁊ sublimes hoies in culmine dignitatū existētes leuis etiam fama ꝓturbat. Scdo timuit ne a romanis culpari posset. si ali q̃s rex vocaret quē august⁹ nō ꝓstituisset. Eti
F am ois hierosolyma turbata ē cū eo Primo iō q̃ impij gaudere nequnt de aduentu iusti. Se cūdo vt regi turbato adularent ꝑ ꝗ se sil'iter ꝓturbari ostēderēt. Cōtra qđ dic̃ Chry. Ecce iudaicus ppl's turbat. q̃ magl audito isto gaudere debuerat. q̃ rex iudeoꝝ ō eoꝝ genere surgere dicebat. Tūc herodes ꝓgregās oēs pncipes sacerdotū ⁊ scribas ppli scisciabat ab eis id ē. q̃rebat vbi xps nasceret. At illi dixerūt i bethleē iude. s. debet nasci. Ex q̃ patz ꝗ iudei non ex ignorātia sed duricia cordis credere noluerunt. Sicut eni scriptū est Michee. v. Tu bethleē terra iuda nequaq̃ es minima ⁊c̃. Et ꝑ obmiserunt. dies ei⁹ dies eternitatis Et ex ꝑ fm Chry. sumpsit causam iterfectiōis puuloꝝ Si eni sciuissent puerū eē eternū nunq̃ ipm occidere tēptassent. Ecce pncipes facti sunt oiuꝝ mortuoꝝ innocentū. Hic dicit Chry. Q̃ phari sei q̃ demōstrabāt viā ad puerū ipi tñ nō venerunt. similes facti sūt structorib⁹ q̃ edificabant arcaz Noe. q̃ cōstructa veniēte diluuio noe intrauit ⁊ ipi foris mānserūt. Sūt eni sīles imaginibus i via positis q̃ ambulātib⁹ viā ostendūt. ipe tñ imobiles pseuerāt. Cuz aūt herodes ab eis didicisset ꝗ in bethleē iude xps nasceretur vocatis ad se clam magis diligēter didicit ab eis tps q̃ apparuit eis stella vt videlicet sciret q̃d faceret. si ad eū magi nō redirēt. ⁊ mittēs illos in bethleē dixit: Ite ⁊ interrogate ⁊c̃. Super q̃ dicit Fulgenti⁹ in fmone festiuitatis hodierne O calliditas ficta. O icredulitas impia O neq̃cia fraudulenta. Si adorare certissime disponebas istū puerū. q̃re p illo multos pueros occidisti. sanguinē innocentū crudeliter effudisti. Quid ō isto puero voluisti. effusio ipa ostendit Et ē notandū cum magi hierlim venissent: stelle ducatū amiserūt. Primo ideo vt de
G loco natiuitatis q̃rere cogerent vt de ipius ortu certificarent. tam p apparitionē q̃ p pphetie assertionē Scdo qm̃ auxiliū q̃rentes humanum. iuste pdere meruerūt diuinū. Et he rationes tangunt in glo. cū ōr ꝗ cū de loco natiuitatis eēnt certificati abeūtes herodē reliq̃runt Et ecce stella quā viderāt in oriēte iterū apparuit eis et antecedebat eos. Et addit historia regū. q̃ i ipso itinere a hierlim duob⁹ miliarib⁹ pascebāt pastores q̃ dicebāt se etiam tale signū nato dño vidisse. qđ audiētes reges gauisi sūt Pergētes igit vsq̃ ad bethleē venerūt ⁊ tunc regalib⁹ vestimētis ⁊ ornamentis put decet se ornauerūt ⁊ stella añ eos p̃cedebat. ⁊ q̃nto ppius accedebāt tanto clarius stella lucebat. ⁊ sic in bethleē q̃si hora sexta puenerūt. p plateaz q̃ ibidē coopta ōr transierūt. in cui⁹ fine erat thuguriū i q̃ xps fuit nat⁹ ⁊ statim sup horreū stella ad thuguriū se imisit. ⁊ mox se sursū leuauit relinquēs domū plena claritate. Videntes igitur stellā gauisi sunt gaudio magno valde. Gauisi sunt fm glo. ꝓpter euasiouē ab herode. sz gaudio ꝓpter spem eoꝝ q̃ non erat frustrata. sz magno ꝓpter laborē itineris. quē nō sine fructu susceperūt. sz magno valde. q̃ natū regē inuenerūt. ⁊ ꝑ ad scōm. Q̃tum ad tertiū subiungit deuotoꝝ magoꝝ feruēs adoratio ⁊ munerū oblatio. cū ōr. Et intrantes domū iuenerūt puerū cū maria mre eius. Quia dicit Rabba. Q̃ diuina dispēsatione factū ē q̃ ioseph tunc non aderat. ne aliq̃ mala suspicio dareť. Et p̃cidentes adorauerūt eū fm glo. vt verū deū. p̃cidētes sup facies suas. Et q̃libet eoꝝ deposita corona sua de capite ⁊ clamide de corpe suo. flexis genib⁹ ⁊ cōplosis manib⁹ capite in terrā dimisso cū magna cordis deuotiōe. ⁊ oris plata oratiōe ipm laudauerūt. ⁊ mūdi saluatorē esse dixerunt. Ideo dicit. b. Bern̄. Quid facitis o magi. Nota in fmone p̃cedenti mēbro. iij. Et aptis thesauris suis obtulerūt ⁊c̃. Quare aūt hmōi munera obtulerunt. Multiplex rō fm Remigiuz ad ꝑ assignať. Prima fuit traditio antiquoꝝ vt null⁹ ad dñm vacu⁹ itraret. fm illud Exo. xxiij. Nō apparebis in cōspectu meo vacuus. Scda ratio ē Bern̄. Qm̃ beate virgini aurū obtulerunt ꝓpter inopie subleuationem
H Thus ꝓpter stabuli fetorē. Mirrham ꝓpter mēbroꝝ pueri solidationē. ⁊ malox vermiū expulsionē. Tertia q̃ aurū ad tributum cesaris. thus ad sacrificiū. mirrha ad sepulturā ptinet mortuoꝝ. per hec tria intimatur in xpo. regia ptās. diuina maiestas. ⁊ humana mortalitas. Quarta qm̃ ipm aurū significat dilectionem. thus orationē. mirrha mortificationē carnis. ⁊ hec tria xpo debem⁹ offerre Quita qm̃ p hec tria significabāť tria q̃ erāt i xpo Per aurū qđ ē ꝑciosius oi metallo intelligiť diuinitas ꝑciosissima. p thus aia deuotissima. p mirrhā verocaro integra ⁊ incorrupta. Et ē sciendū ꝗ magi puero iesu triplicē reuerentiā impenderunt I
Primo in toti⁹ corpis ꝓstratiōe significātes i ꝑ verā pueri deitatē. Scdo ipm adorabāt totā mētis deuotiōe. Tertio ipm honorabāt munerū largitione. ⁊ sic oia q̃ habebant impenderunt. corp⁹ i humili ꝓstratione. aiam in pia deuotione. res tpales in pia munerū largitione. Sic hodie facere debet aia deuota. Primo debet añ puerū deuote p̃cidere seipam p nihilo reputando. eo ꝗ oia sub pedib⁹ ei⁹ p̃iecit. ⁊ seipm ꝓpter hoiem dignificandū exinaniuit. ad Phil. ij. Scdo debet mens deuota puerū ihm verū deum adorare. ⁊ p oibus donis ab eo acceptis i deuotas grārū actiōes seipam resoluere

Qđ figurat Apoc.iiij. vbi q̃ttuor animalia et vigintiq̃ttuor seniores ceciderũt i facies suas ante sedentẽ in throno: ⁊ adorabãt viuentẽ in secla ⁊ mittebãt coronas suas añ thronuz dei. Qđ exponit Greg⁹ di. Nihil aliud est añ thro nũ coronas mittere. nisi de oĩbus ꝓceptis deo laudes deuotas gratiarũq; actiones exoluere Tertio debet aĩa deuota puero iesu mũera spi ritualia offerre. Primo aurũ puritat⁊ ⁊ innocen tie. Nã sicut aurũ letificat cor. teste. Pli. i spe. na. Nos ex auri intuitu naturaliter leti sumus Ita puritas inocẽtie mẽtẽ in ꝓtinua leticia cõ/ seruat ſm illđ Prou. xv. Secura mens quasi iuge ꝓuiuũ. Istud aurum crescere dr in terra cuilath q̃ interp̃tat dolẽs. qz innocẽtiã ꝓserua re nõ põt nisi mens sũme doleat. Sz aux terre illi⁹ optimũ ẽ. qz p innocẽtiam angelis assocĩa= mur: ⁊ lumẽ diuinũ purissime contemplamur. Scđo offerre debet thus hũilitatis ⁊ obedien tie. Nã ſm medicos sicut thus ꝓstringit fluxũ capitis. ita hũilis obediẽtia restringit fluxum ꝓprie volũtatis. Tertio mirrhã castitat⁊ ⁊ con tinẽtie. Sicut enĩ mirrha cõseruat carnẽ a cor= ruptione. sic casta ꝓtinẽtia ꝓseruat aĩam a cor= ruptiõe spũali. Cũ aũt ipi reges munera obtu lissent. ⁊ puerũ adorassent (vt dr in libro eox) tũc ceperũt esurire. ⁊ sic p totũ diẽ i bethleem mãserũt q̃eti ⁊ solatio se dederũt ⁊ i nocte rñso accepto i sõnis (ñ ab angelo sz a deo ſm glo. sz ſm Chry. ab angelo) ne redirent ad herodem p aliã viã reuerti sũt in regionẽ suam. Et ſm li brũ regũ. stella non vltra eos p̃cedebat. sed sic i via p duos annos laborioſe pmãserũt⁊. Cum igit ad montẽ victoriale puenissent ibidem ca pellã in honore nati regis iudeox ꝓstruxerũt. quã ditissime dotauerunt: ⁊ ibidẽ in ope subt⁹ mõtẽ a laborib⁹ q̃euerũt p aliqđ tp̃s. Audien= tes igit incole aduentũ eox venerũt: ⁊ eos cuz gaudio ad regna pduxerũt. Cũ igit domũ ve nissent vbicũq; in tẽplis stellas cũ puero ⁊ cru ce pingere fecerũt Post ascensionẽ igit dñi be atus thomas a d terras indozuz veniẽs eos in fide plenius instruxit. eosq; in ep̃os ordinauit cum haberẽt vxores. sz essent ṽgines ⁊ sibi in p̃dicatione sociauit. Veniẽte igit hora mortis eorũ. regna sua cum successorib⁹ suis dispose rũt. ⁊ ad ciuitatẽ sabba q̃ fuit sb mõte victoria li trãstulerũt. in q̃ duobus annis supuixerunt Modicũ igit ante festũ natiuitat⁊ xp̃i q̃daz stella sup ciuitatẽ apparuit. p quã ipox mortẽ intellexerũt. ideo in eccl'ia more regali sibi tu= mulũ fieri miserũt. Octauo igit natiuitat⁊ xp̃i die melchior rex diuinũ officiũ celebrauit quo celebrato anno etatis sue .cxvj. obdormiuit in dño. cui⁹ corpus alij duo humiliter sepelierũt. Quinto igit die post festuz epiphanie baltha= sar rex etat⁊ sue anno. cxij. celebrata missa i do mino quieuit. ⁊ hunc rex Caspar sepeliuit Se xto igit die pacto Caspar etatis sue anno. cxj. officio diuino celebrato alios seq̃bat. q̃ sibi ces serũt vt in medium susciperet. Illa autem stel la q̃ ante mortem eox apparuit vt dicunt tam diu vsq; dum corpora eorum colonĩam trans/ lata sunt visibilis pmansit.

¶ Sermo de sanct⁊ Fabiano ⁊ Sebastiano

Sancti p fidem vi A cerunt regna opati sũt iusticiaz adepti sunt repromissiones. ad Heb. xj. Reges mun= diales solent ꝓmittere militib⁹ suis magna do naria vt eos animent ad hostes superandos ⁊ ad regna sibi subijcienda. qđ audiẽtes milites fideliter pugnant. fortiter vincũt. ⁊ multas de niq; sustinẽt passiones. Quia dicit Seneca li. ij. de moribus. Spes p̃mij solaciũ est laboris. Reges autem peracta pugna implere ꝓsueue= runt militib⁹ qđ ꝓmiserunt illis Qđ legit figu ratũ in Alexãdro qui volẽs sibi ciuitates et re gna subiugare. multa ꝓmisit militibus vt for= titer bellarẽt. ita milites vnanimes effecti sunt fortes vt nõ solũ ab hostib⁹ paterẽt eos debel/ lando ⁊ regna eorũ humiliãdo. sed etiã a feris in deserto multa mala passi sũt. esuriem ⁊ sitim Nam alij p̃ siti lingebant ferrum. alij bibebant oleũ. Alij aut ad tantã necessitatẽ venerũt vt ꝓpriam vrinã cogerent bibere. Alexander aũt huius nõ imemor. sed cũ adesset finis vite sue fecit venire notariũ suum. ⁊ militib⁹ suis bona sua distribuit. ⁊ vnicuiq; sufficiẽter est datum Ideo dicit. j. Mach. j. Obtinuerũt pueri. id est. serui eius regnũ eius. vnusq̃sq; in loco suo ⁊ imposuerũt sibi omnes diademata post mor tem eius. ⁊ filij eorũ post mortẽ eox annis mul tis. Spũaliter. rex celox christus ꝓmittit suis militibus. id ẽ. sanctis martyrib⁹. nõ mũdi au= rum vel argentũ qđ est quasi lutum. sed p̃mia eterna dicens cuilibet eoruz. Esto fidelis vsq; ad mortem ⁊ dabo tibi coronam vite. Apoc. ij Qđ ꝓmissum audiẽtes sancti martyres Fabi. ⁊ Sebastian⁹. fortiter vsq; ad mortez pugna= uerunt. p fide xp̃iana sanguinẽ suum effundẽ= tes. Amb. attestate qui ait in li. p̃fationũ. Be/ ati martyris Sebastiani. p ꝓfessione nominis tui domine venerabilis sanguis effusus simul ⁊ tua mirabilia manifestãt qđ pfecit in infirmi tate virtute ⁊ meritis ⁊ studijs dat pfectum. ⁊ p inimicis apud te p̃stat auxilium. Et quia fu erunt fortes in passione. ideo deus in eis ꝓmis sum impleuit coronã glorie tribuendo. qđ ptz in verbis ꝓpositis. Sancti p fidem vicerũt re= gna. In q̃bus verbis ostẽdit eos q̃nq; p̃conia habuisse. Primo sanctitatem pfectam. ibi. san cti. Secũdo fidem pfectam integram ⁊ rectaz ibi. per fidem. Tertio pugnã victoriosam. ibi.

vicerũt regna Quarto opationez laboziosam ibi.opati sũt iusticiã. Quito retributiõez gau
B dioſam.ibi.adepti sũt repzomissiões Etũ ad laudẽ beati fabiani ẽ notãdũ q in ipo ãqz legunt. Primuz q fuit mirabiliẽ electꝰ. Refert Ja.ianu.i legẽda q fuit ciuis romanꝰ ⁊ cũ papa defunctus eẽt. cardinalesqz p alio papa eligendo ꝓuenissent: ⁊ aliꝰ ciuitatis ppls.inter illos ⁊ ipe venit vt rei exitũ expectaret. Cunqz sic staret inter illos venit celitꝰ colũba candida dẽscẽdẽs sup caput eiꝰ. qđ cum vidissent mirabant oẽs. ⁊ illud p signo accipiẽtes ipm in papam elegerũt. In isto oñdit q habuit pfectaz sanctitatẽ. ſm illđ Nume. xvj. Quẽcũqz elegerit dñs ipe erit sanctꝰ. Neqz enī ipm deꝰ elegisset nisi sanctuz ⁊ benignũ ipm cognouisset. Sile legit i naturalibꝰ. Refert Amb. i hexa. Uolẽtes sibi eligere apes regẽ. nõ eligũt qui ẽ turpis ⁊ iratꝰ. ſz q ẽ mãsuetus charus ⁊ oibus apibꝰ pulchzior ⁊ benignus. Sic apis regia ie sus xps elegit sanctũ ⁊ pclarũ ppłm suo platuz ⁊ rectorez. de quo põt exponi illud. j. Regl. x. Certe videtis quẽ elegit dñs q nõ sit ei silis in omni populo. Si enī aliqs melioꝛ fuisset eo in omni ppło romano. veraciter eũ elegisset. ⁊ nõ beatũ Fabianũ. Scđm est q fuit circa defensiõnẽ fidei strenuꝰ. ſm illđ qđ canit. Iste sanctꝰ p lege dei sui certauit vsqz ad mortẽ: ⁊ a xbis impioꝛ non timuit. In hỹ oñdit q habuit fidẽ integrã nõ fluctuantẽ. Ipse enī fidem feruẽter pdicauit: ⁊ tãqz pugil strenuus eã defendit. p eaqz mozi dignũ duxit Figuratus enī erat per mathatiã legislatorẽ qui noluit regi antiocho obedire vt faceret cõtra leges paternas sic dixit: O ⁊ si omnes in hoc obedirẽt regi. ego tñ ⁊ filij mei nunqz obediemꝰ ei. j. Mach. ij. Sic beatus fabianꝰ regi Decio nõ ꝓsensit qui eum idolis sacrificare coegit. ſz viriliter fidẽ sanctorum patrũ defensauit vsqz ad mortẽ Et ỹ ipso exponi põt illud. ij. Mach. vj. Iste glozioſaz mortem magisqz odibilẽ vitã amplectẽs volũtarie pibat ad suppliciũ. Tertio in potentũ re prehẽsione fuit firmus vel constans i quo ostẽditur eius pugna victoziosa. Fecit enī siẽ vnicornis. Refert Jsi. li. xij. q vnicornis hz vnũ
L cornu tm. sed ẽ tam acutũ ⁊ validũ vt quicqđ impetit pforat aut trãsfodit. non timet elephãtem animal potẽtissimũ. sed sepe cũ eo certamẽ habet. ⁊ vulneratũ in ventre supat ⁊ pternit Sic beatus fabianꝰ habuit vnũ cornu hoc est papalẽ dignitatem. q omnem mũdi trãscendit dignitatẽ ⁊ ptãtez. Quia papa hz plenitudinẽ ptãtis. sed alij cardinales ⁊ epi habent ptez solicitudinis. Ideo cuz hoc cornu ptãtis voluit omnes tã nobiles qz ignobiles diuites ⁊ potẽ/
B tes supare. Quia dicit in canone. xvij. q. iiij. c Si quis deinceps. Nñ pncipes seculares fuerint negligentes ⁊ inutiles circa regimẽ ⁊ iusticiam. possunt p papã puniri ⁊ deponi. Et non solũ pncipes sed potentissimũ impatozem quẽ habet cõfirmare posset deponere ⁊ pexcessibꝰ castigare. vt habet extra de elec. c. venerabilẽ Sic ⁊ hoc legit fecisse. b. Fabianꝰ. de q refert Haymo. Ex philippꝰ impatoz quodã erat peccaco grauatus. voluitqz quodã tẽpoze itere pasce vigilijs ⁊ cõicare mysterijs. Qđ videns papa fabianꝰ intrepidus accessit ⁊ potẽter defendit ne hoc faceret quouscqz peccata ꝓfiteret ⁊ inter penitẽtes pus staret. quo facto cũ alijs cõicare permisit. Ideo de illo põt exponi illud Eccl. xlviij. In diebꝰ suis nõ timuit pncipem ⁊ potẽtia nulla vicit illuz. Sic facere debẽt alij prelati ⁊ sacerdotes. nã exemplo illiꝰ nõ debẽt tyrãnos mũdi formidare. ſz ꝓtra vicia eoz cõstãter pdicare. Quia ſm Amb. in epła ad theodosiũ. Nihil i sacerdote apud hoies meliꝰ qz q sentiat modo libere pdicare vel peccata denũciare. Quare aũt eis ẽ piculosuz oñdit Jsi. li. iij. de sũmo bono. Sacerdotes inqt ppt ini quitatẽ populoꝝ veritatez tacere non debẽt. si cũ ignozant eos nõ erudiũt. aut peccatozes nõ arguũt. Cui alludit Chry. in omel. xliij. Si sacerdotes non oẽm veritatẽ manifestauerint in ppło. dabũt rõnem in die iudicij. q ẽ piculosũ quo ad hoies. q si non argueret manerẽt i peccatis p qbus dãnarent. Ideo beatus Fabianus fuit ꝓstans in argutione nõ solũ simplicium sed etiã potẽtũ vt eos saluaret. ⁊ cũ eis pariter saluaret. Quarto circa diuinũ officiũ fuit sollicitꝰ ⁊ deuotꝰ. in q oñdit eiꝰ opatio laboriosa. Naz sicut de eo refert Damasus papa. Et tam sollicitꝰ fuit p decoze sancte ecclesie q per omnes regiones misit septẽ diacones. ⁊ eis alios septẽ subdiacones tradidit. qui oiuz gesta martyrũ collegerũt. Sed quare hỹ. certe vt diuinũ officiũ ⁊ cultus diuinꝰ de illis gestis decentiꝰ ornaret ⁊ bñ põt dicere cũ ps. xxv. Dñe dilexi decoreꝝ domus tue. Quinto fuit martyrio coronatꝰ. ⁊ in hoc ptz q habuit vitã eternã ⁊ gaudioſam retributionẽ. Quia legit in legẽda q passus est circa annũ. cc. xliij. ⁊ pontificatus sui anno. xiij. Jussu decij cesaris capitl trũcatione martyrio coronat. Ideo de illo põt dici illud ps. xx. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide pcioso. Utum autẽ ad laudem beati sebastiani est notãdũ. Primo q ipe etiam habuit pfectam sanctitatẽ. q ſm Chry. faciunt peccatoꝝ mũdiciã pntia spũssanctiꝰ bonoꝝ opeꝝ affluentiã. Habuit etiã ipe peccatoꝝ mundiciã quam p charitatez acqsiuit que operit multitudinẽ peccatoꝝ. ſm illđ Pzoꝝ. x Charitas operit delicta vniũsa. Hec etiaz sua charitas patzet hỹ q suos cõmilites xpi martyres ꝓfortauit Etiã patuit ex hỹ q infideles pcõ/

res ab erroꝛe ꝓtit. qꝫ ꝓtꝫ ꝺ tarq̃lino pfectꝰ mr̃e
scoꝝ martyꝝ marcelliani ⁊ marci Jō legit ī le
gēda q̄ sebasti. narbonēsis genere ciuis medio
lanenſ. Diocletiano ⁊ Maximiano impatoꝛi
bus adeo charus erat. q̄ ꝓncipatum p̄me co-
hoꝛtis ei traderent. ⁊ suo aspectui semꝑ astare
iuberent. Hic militarē clamidem ad hoc tm̄ ge
rebat. vt xp̄ianoꝝ animos quotiens in toꝛmē-
tis videbat deficere cōfoꝛtaret. Cum autē p̄e-
clarissimi viri Marcellianus ⁊ Marcus ge-
mini fratres p̄ fide xp̄i decollari deberent. ad
eos parentes venerunt vt eos a suo ꝓpoſito re
uocarent. materq̄ soluto capite: scissisq̄ vesti
bus: vberibusq̄ ostensis aiebat: O p̄dulces fi
lij mei: circūdat me inaudita miseria. ⁊ intolle-
rabilis luctus. heu me miseram: amitto filios
meos ad moꝛtem vltro tēdentes. quos si hosti
auferret. p̄ media seq̄rer bella raptoꝛes. Si vi
olenta iudicia cōcluderent. carcerem irrūpe-
moꝛitura. Hec dicēte matre. senex pater addu
citur. ⁊ capite aspeꝛso puluere huiusmodi vo/
ces dabat. O filij senectutis mee baculus. cur
sic diligit] moꝛtē. venite huc iuuenes flete sup
spōte peūtes. venite huc senes ⁊ mecuꝫ sup fili
os meos plāgite. huc accedite patres ⁊ p̄caue-
te. ne talia patiamini. Hec talia dicente patre.
cōiuges aduenium ꝓpꝛios filios poꝛtantes et
clamantes. q̄bus nos dimittitis. q̄ erunt hoꝛū
infantum domini? Quis vestras largas diui-
det possessiones? Heu q̄ ferrea pectoꝛa. paren
tes despicitis. vxoꝛes abicitis. filios abdicatis
⁊ vos carnificibus spontanee exhibet]. Inter
hec autem coꝛda viroꝝ ceperunt mollescere.
Tunc sanctus sebastianꝰ qui tunc ibi erat erū-
pens in mediuꝫ dixit: O foꝛtissimi milites xp̄i
nolite per misera blādimenta coꝛonaꝫ depone
re sempiternā Et parentibus dixit: nolite time
re non sepabuntur a vobis. sed vadunt parare
vobis sicereas mansiones. Hec enim vita ab
initio mundi in se credentes fefellit. se expectā
tes decepit. de se p̄sumentes irrisit. ⁊ nullū om
nino certum reddidit vt omnibꝰ ꝓbetur eē mē
tita. Hec admonet furem vt capiat. iracūdum
vt seuiat. mēdacem vt fallat. Jpa impat crimi
na. iubet facinoꝛa. suadet iniusta. Hec autez p̄
secutio quaz hic patiunt homines hodie exar-
descit. ⁊ cras refrigescit. sub vna hoꝛa inducit.
⁊ sub vna hoꝛa excluditur. Dolor autem eter/
nus renouat vt seuiat. augmentat vt exurat.
inflāmatur vt puniat. Jn amoꝛe ergo martyrū
nōs iam susciteꝰ affectꝰ. ibi enī diabolus se
vincere existimat q̄ dum capit captus est. dum
tenet tenetur. dum vincit victꝰ est. dū toꝛquet
toꝛqueꝫ. dū iugulat occisus est. dū insultat irri
sus est Secūdo beatus sebastianus habuit spi
rit̄sancti p̄sentiaz qđ patuit ex ꝝbis p̄dictis sa-
lubꝛibus qui a se non loquebat. sed a spiritu
sancto. Fm illud Matth̄. x. Nō enī vos estis
qui loquimini. sed spiritus patris vestri q̄ loq̄
tur in vobis. Jdeo cuꝫ hec p̄dicta sanctꝰ seba-
stianus loqueret. Zoe vxoꝛ nicostrati i cuius
domo sancti custodiebant que loquelam ami-
serat. pedibus eius ꝓuoluta. nutibus veniam
postulabat. tūc ille ait. Si enī verus xp̄i seruꝰ
sum. ⁊ si vera sūnt omnia q̄ ex oꝛe meo hec mu
lier audiuit. quasi diceret. quia sunt a spūssan-
cti p̄sentia. apperiat os eiꝰ qui apperuit os za/
charie ꝓphete. Ad hanc vocē mulier exclama
uit. bn̄dictus sermo oꝛis tui. ⁊ bn̄dicti q̄ oibus
q̄ locutꝰ es credūt. Vidi enī angelū añ te libꝝ
tenentē in q̄ oia q̄ tu dixisti scꝛpta erāt. Nō audi
ens nicostratꝰ vir eiꝰ pcidit ad pedes sebastia-
ni sibi postulans indulgeri. statimq̄ absoluēs
martyres. rogauit vt liberi abirent. qui dixe/
runt nullatenus se deserturos victoꝛiā quā ce-
pissent. Et sequit̄ in legenda. Tantā ꝝtutez et
gratiaz ꝝbis san. Sebastiani dn̄s ꝓtulerat. q̄
nō solum marcellinū ⁊ marcū in martyꝛij ꝓstā
tia cōfoꝛtauit. Sed etiā patrē eoꝝ ⁊ matrē cuꝫ
multis alijs ad fidem ꝓuertit. quos oēs Poli-
carpus p̄sbꝛ baptizauit. Q̄ habuit etiā spūssan
cti p̄sentiaz ⁊ gratiam patuit ex miraculis que
faciebat que nllo modo fieri potuissent sine spi
rituſſancti iuuamine. Fm illud Joh. iij. Nemo
potest hec signa facere que tu facis nisi deꝰ fue
rit cum eo. Legitur enī q̄ tarquilinꝰ pater p̄dic-
toꝝ moꝛbo grauissimo laboꝛās moꝝ vt bapti
zatꝰ est recepit sanitatē. Pꝛefectꝰ aūt cromatiꝰ
in vꝛbe romana. grauissimo moꝛbo laboꝛabat.
tarquilinū rogabat vt ad se adduceret euꝫ q̄ si
bi sanitatē dederat. Cū aūt ad eū venissent po- G
licarpus ⁊ sebastianꝰ. rogauit eos vt sanitatez
reciperet. Dixit illi sebastianꝰ vt p̄us idola ab
negaret. ⁊ ꝓfringēdi ea ei ptātez traderet: ⁊ sic
sanitatē recipet. Cui ille. fac vt fui mei hec fa-
ciāt. ⁊ Sebastianꝰ. Timidi deos suos ꝓfringe
re foꝛmidant. ⁊ si diabolus eos lederet. diceret
se lesos. eo q̄ deos cōfringerent. Sicq̄ sebasti
anus ⁊ policarpus accincti plusq̄ ducēta ido-
la confregerunt. Cui dixerunt: Cum sanitatez
non receperis. certū est q̄ aut infidelitatez non
abiecisti. aut aliqua idola cōseruasti. Tūc indi
cauit se habere thalamuꝫ in quo erat oīs disci-
plina stellarū. p̄ quo pater plusq̄ ducēta pon-
dera auri expenderat. p̄ que oia futura p̄uide-
bat. Cui sebastianus. q̄diu hoc integrū habe-
bis. te integrū non habebis. Cū ille ad hoc cō-
sentiret vt destruerent. dixit Tyburtius filius
eius. Non patiar opus destrui tam p̄clarum.
Gz ne paterne sanitati videar eē cōtrariꝰ. duo
cibani accendantur. vt si destructo ope pater
meꝰ sanitatē nō receperit ambo concremēt vi
ni. Dum igitur illud frangeretur. Angelꝰ pꝛe-
fecto apparuit ⁊ sibi a dn̄o iesu xp̄o sanitatem

redditam nunciauit. Sicq; ipe ⁊ filius Tiburtius ⁊ mille quadringēti de ei⁹ familia sunt baptizati. Zoe autē ab infidelib⁹ tēta ⁊ diu cruciata emisit spiritū. qō cum audisset Tarquilin⁹ dixit Femie ad cozonā nos p̄cedūt. vt q̄d viui mus? Ipe autē post paucos dies lapidatus ē.

Q autē. b. Seba. habuit spūssancti p̄sentiā patet p tormenta que sustinebat. Null⁹ enim pōt tormenta nisi cum spūssancti auxilio sustinere. Nō patz in aplis q̄ ante aduentū spūssancti nimis fuerunt debiles. veniēte autem spūsancto adeo fortes sunt effecti. q̄ nulla tormēta formidarent. qz dicit pō. xxxij. Spū oris ei⁹ omnis virtus eoz̄ū. Ita factū est de sancto sebastiano qui ℞tute spūssancti vicit tormenta tortorum.

b Quia legitur q̄ diocletianus euz ad sciēm vocans dixit: Ego tē p̄mum in pallatio meo semper habui. ⁊ tu cōtra salutē meā ⁊ deoz̄ū iniuriam hacten⁹ latuisti. Cui sebastian⁹. ℙro salute tua xp̄m colui ⁊ p statu romani imperij deū q̄ in celis est semp oraui. Tūc diocletian⁹ iussit eum in medio cāpi ligari. ⁊ a militib⁹ sagittari q̄ ita eum sagittis impleuerūt vt quasi ericius videretur. Et estimātes mortuū: abierunt. Et potuit bñ dicere beat⁹ sebastian⁹ illō p̄s. xxvij ad diocletianū Sagitte tue infixe sūt mihi acute. Spūssanctus autem p̄seruauit eū ne in tam horrenda pena morere. Sed infra dies paucos liberatus ē. stans supra gradū pallacij. imperatores veniētes de malis q̄ xp̄ianis inferebant dure redarguit. dixitq; impator: Iste ne est sebastian⁹ quem diu sagittis interfeci iusseram? Cui sebustian⁹: ad h̄ me dñs resuscitare dignatus ē vt ꝓueniam vos et redarguam de malis vr̄is q̄ xp̄i famulis irrogatis. Tūc imperator euz tādiu fustigari iussit donec spiritum exalaret. ⁊ fecit corpus eius i cloacam p̄ici ne a xp̄ianis p martyre colerē. Sanct⁹ autem sebastian⁹ sequēti nocte saucte lucie apparuit et corp⁹ei⁹ sibi reuelauit. ⁊ iuxta vestigia ap̄lorū sepeliri p̄cepit. qō ⁊ factū est ¶Passus ē āt post annū domini cclxxxvij. Tertio habuit bonoz affluentiā in eo q̄ sanctos martyres ꝓfortauit ſm illud Esa. xxxv. Cōfortate manus dissolutas ⁊ brachia debilia roborate. Jōo de ipo p̄t exponi illud Job. iiij. Ecce docuisti plurimos ⁊ manus lassas roborasti. vacillātes confirmauerūt sermones tuos ⁊ genua debilia cōfortasti Ipe enī fuit doctor ignorantiū docēs idola spernere. sicut patuit de p̄fecto. Docuit mundi vanitatē fugere cum dixit: Hec vita ab initio mūdi ⁊c. Fuit roborator debilium ⁊ ꝓsolator afflictoz non solū in vita sed etiā post mor/

J tem. Ideo legit in gestis longobardoz̄ū Q tēpore gilberti regis tota italia tanta peste pcussa est: vt vix vnus alterū posset sepelire. ⁊ hec pestis maxime rome ⁊ papie seuiebat. tūc visibiliter bonus angel⁹ multis apparuit malo angelo subsequēte ⁊ ferente venabulū. p̄cipiens ei vt p̄cuteret ⁊ cedē faceret. Quotiēs aūt aliquā domū p̄cutiebat tot inde mortui efferebā/tur. Cuidā autez diuinit⁹ reuelatū est q̄ neq; hec pestis cessaret donec sancto sebastiano papie altare cōstruerēt. quo facto statim cessauit illa quassatio. ⁊ illuc de roma reliq̄e sācti sebastiani martyris sunt delate. Scdo beat⁹ sebastianus fidē integrā ⁊ rectaz habuit. Et fides tūc est integra qñ ē magna ⁊ firma. Habuit enim fidem magnā qñ p̄ncipatuz deseruit. ⁊ oia mūdana despexit. Jō dic glo. sup illō ad Timo. vj. Sectare iusticiā. Qui inq̄t verā fidē d̄ deo habet nō cupit in miserijs hui⁹ mundi dies fieri. Habuit viuā fidem. p quam fructū bonoz operū ferebat. quia alias viua non fuisset. sed mortua. Habuit firmā fidem. qz p nulla tormēta ab ipa cadere potuit. Sed dixit illud Tho. ij. Vitam illā expectam⁹ quā deus daturus est his q̄ fidem suā nūq; mutāt ab eo. Tertio beatus sebastian⁹ habuit pugnā victoriosissimaz i eo q̄ ꝓstans fuit in rep̄hēsione maloz. scz diocletiani ⁊ suoz satellitū. Refert etiā Greg⁹ i. j li. dialogoz. Q q̄daz mulier in tuscia nup nupta cū ad dedicationē eccl̄ie. b. Seba. ab alijs inuitata eēt. nocteq; sequēti die q̄ ire debebat carnis voluptate stimulata a viro suo se abstinere nō potuit. Facto aūt mane erubescēs magis vultū hoiuz q̄ dei. illuc p̄fecta ē. mox aūt vt oratoriū vbi erant recluse reliquie sancti sebastiani: ingressa ē. diabol⁹ eā arripuit. ⁊ corā hoib⁹ vexare cepit. Tūc p̄sbr illi⁹ eccl̄ie pallam arripiēs altaris eā opuit. ⁊ diabolus stati illū p̄sbrm inuasit. Duxerunt aūt eam amici sui ad incātatorez vt incātationib⁹ diabolū fugaret. Sed dū incātaret. diuino iudicio legio demonum. sex milia. dc. lxvj. eaz ingressi vexauerūt Quidam autē vir noie fortunat⁹ sanctitate cōspicuus. suis p̄cib⁹ eā sanauit. Quarto habuit operationē sollicitā. Opat⁹ eni est bonū q̄tuz ad deum sibi sedule fuiendo. ſm q̄ canit. xpo sedule. i. quotidie exhibebat officiū. Opatus est bonū q̄tuz ad supiores. ideo dixit impatori p salute tua semp deū colui. Opar⁹ ē bonuz q̄tum ad sciēm. in oi sanctitate se custodiēdo. ſm illud Apoc. xxij. Qui iust⁹ est iustificet ad huc. Et h̄ relucet ex h̄ ℞bo iusticia q̄ ſm Anſ. Est virt⁹ reddēs vnicuiq; qō suū ē. Quito habuit p̄missionis retributionē eternam. ⁊ hoc quattuoz. ℙrimo p hereditariā successionem ad Gal. iij. A domino recipietis retributionez hereditatis. Secūdo p legittimā emptionē. qz emit p̄cio sanguinis. teste. b. Augl. Negocia emite dum venio. Tertio p̄ effusionē sanguinis. teste. b. Aug⁹. Negocia emite dum venio. Quarto p̄ oblationē. teste. b. Aug⁹. Negocia emite dum venio. Et ideo dicit

K

victoriosam expugnationē. Sm illud Mat. xj Regnū celoꝝ vim patit ⁊ violēti rapiūt illud Quarto p paternā largitionē. iuxta illō Luc. xij. Nolite timere pusillus grex: qm̄ cōplacuit pri vro dare vobis regnū.

¶ De sanctā Agnete ẏgine. sermo pmus.

Sicut lilium inter spinas. sic amica mea iter filias. Can. ij Aris. ix. asaliū dic. pulli aquilaꝝ sūt duplices. A aliqui adhuc iuuenes existētes dimittūt nidū. matrē sequūt solē irreuerberatis oculis intuētur. terrā respicere dedignant. Et illi pulli diligunt. Alij aūt sunt pulli degeneres ⁊ nolunt oculos attollere i radios solis. sz potiꝰ terram q̄ solē ꝓtēplant. ⁊ hi ab aquila aspernāt. Spiritualiter p pullos aq̄laꝝ duplices intelligunt hoies. aliq̄ solū diligūt terrā. ⁊ de celestibus ē eis cura qua in iuuētute ꝺicētes illud Sap. ij. Venite vtamur bonis ⁊ fruamur creatā tāq̄ i iuuētute celeriter. vino pcioso ⁊ vngentis nos impleam⁹: ⁊ non ptereat nos flos tpis. coronemus nos rosis anteq̄ marcescant. nullū pratū sit qđ nō ptranseat luxuria nra. Nemo exsors sit luxurie nre. i. exclusus a luxuria vbiq̄ relinquamus signa leticie qm̄ hec est pars nra. Alij aūt tāq̄ nobiles filij ⁊ filie statim i puericia terrena relinquētes xp̄m verū aq̄lam sequūt. sic beat⁹ Nico. beat⁹ Vit⁹. ⁊ pcipue btā Agnes. que vt ait Amb. in legēda. xij. anno etatis sue morte pdidit ⁊ vitā inuenit. Infantia q̄dē cō/putabat in annis. sz erat senect⁹ in mensa mentis. corpe iuuēcula. sz aio cana. Jō dic Amb. in li. pfa. de ea. Sic btā Agnes generositatis oblectamenta despiciēs celestē meruit dignitatem. societatis hūane vota ꝓtēnens. eterno regi est sociata ꝓfortio. pciosaz morte p xp̄i ꝓfessione suscipiēs silis ē ei facta ⁊ ꝓformis. Laudat eā xp̄s in passumptis vbis. In q̄bus a tribus cōmendat. Primo a ẏginitatis candore. ibi. sicut liliū. Scdo a passibilitatis dolore. ibi inter spinas. Tertio a singularitatꝫ amore. ibi. sic amica mea ⁊c. De pmo est sciendū ꝓsuetudinem hūt amatores mūdani q̄n volūt amatrices suas collaudare tunc solēt eas tribus pul/chritudinib⁹ cōpare. sicut rosis violis aut alijs pciosis reb⁹ Sicut legit de rege Salomone. q̄ B fuit pcipuus amator mulierū. q̄ dilectam suaz pharaonis filiā pciosis reb⁹ cōparauit dicens Can. iiij. Tu pulchra es amica mea q̄ pulchra oculi tui columbaruz. Sicut vitta coccinea labia tua ⁊ eloquiū tuuz dulce sicut fragmen malipunici gene tue. ⁊ sicut turris dauid collū tuum. pulchriora sūt vbera tua vino odor vngētorum tuoꝝ sup oia aromata. Mystice. p salomonē xp̄s intelligit q̄ est amator ẏginum ⁊ castarum mētiū. Sm illō Prou. xxij. Qui diligit cordis mundiciā habebit amicū regem scilicet xp̄m. Hic etiam hz hāc cōsuetudinē q̄ amatrices suas ẏgines castissimas cōparat rebus pulchris. sicut. b. Agnetē lilio. quo nihil gratiosiꝰ ē ⁊ pciosius ad decentiā coloris. redolentiam odoris. efficatiā corpis. vt dicit Pli. in spe. nali. ij. c. ij. Significans in hoc q̄ huic nobili lilio b. Agne. nihil fuit decētius in colore. Naz Sm Amb. fuit pulchra facie. sz pulchrior fide. Nihil fuit ea redolētius in odore. Sm illud Can. iiij. Odor tuus sup omnia aromata vel vngenta. Nihil etiam ea efficatius in ẏtute. Quia dicit Salustius in iugurtino. Cum de ẏtutibus agitur nulla ea excellentius cernitur q̄m ea que in adolescentibus inuenitur. Sunt. xj. ꝓterea C nobiles lilij ꝓprietates. ꝓpter quas lilio cōparatur btā Agnes. Prima est q̄ liliuz habet sex folia cādida. ⁊ aliqua grana quasi aurea intus fulgentia que decorant liliuz Ita beata agnes velut p̄fulgidum liliū habuit in se sex virtutes suaz castitatem ẏginitatemq̄ cōseruātes. Prima fuit modestia i sermōe. qđ patuit ex illo q̄ cum filio p̄fecti nō habuit longa colloquia. Sicut ⁊ hoc refert Amb. in legenda dicens: Cuz beata ẏgo a scolis reuertit a p̄fecti filio adamatur. qui sibi gēmas ⁊ diuitias inumerabiles p̄misit si ꝓsensum eius ꝓiugio nō negaret. Cui Agnes breuiter respōdit. Discede a me pabulum mortis. q⁹iam ab alio amatore p̄occupata sum scz a xp̄o. Et hunc cepit cōmendare a q̄nq̄. s. a nobilitate generis. a decore pulchritudinis. a diuitiaꝝ abundātia. a fortitudine ⁊ potentie efficacia. ⁊ ab amoris excellētia dicēs: Hic longe te nobilior est ⁊ genere dignior. cuiꝰ pater feminā nescit. cuiꝰ mater ẏgo ē. Cui angeli seruiunt. cuius pulchritudinē sol ⁊ luna mirāt. Cuius opes nunq̄ deficiūt. Cuiꝰ odore mortui reuiuiscunt. cuius tactu curant infirmi ⁊ confortātur. Cuiꝰ amor castitas. tactꝰ sanctitas. vnio ẏginitas. Et hec q̄nq̄ ponit in q̄dā auctorita/te dicēs: Cuiꝰ generositas celsior. possibilitas fortior. aspectus pulchrior. amor suauior. ⁊ oi gra elegantior. Ecce modestia Sm onis. q⁹ non ẏba inutilia secū habuit. sz spōsū suum xp̄m ei ptulit ⁊ laudauit Ita debēt facere nre ẏgines se custodiēdo a loq̄citate q̄ est q̄si spina lacerās castitatē. Qđ ꝓbat autor troiane histo. li. ij. dicens Rex atrox in insula colchis habuit filiaz nomine medeā nimiū speciosam. in artib⁹ liberalib⁹ imbutā p oib⁹. Hec sedēs iuꝰ pfez ⁊ quē dam barbaꝝ noie Yason in amore ei⁹ accēsa dixit: O vtinā ille yason barbar⁹ tā speciosus tā nobilis. mihi maritali copula iūgeret: ⁊ cū eo ẏba multa miscuit. ⁊ qđ nephas est i ẏgine lꝭ ipa ꝓtēbat in phas. Et dic ibidē q⁹ p⁹ pauca tpa yason medeam vi oppressit ipam deflorādo Ideo dic beat⁹ Amb. i omel. Discite ẏgines

nō circūcurſare ꝓ alienas edes. ſ. ire ad cozeas nō i publico miſcere ꝑmones. Scōm ät Gregl. ſermo ꝛginū debet eē ꝓudēs. rar⁹. ⁊ modeſt⁹ nō tā eloquētia ꝑcioſus q̄ pudoze. Etiā debēt ſe a turpib⁹ ꝛbis abſtinē. ꝑm illō Señ. A verbis turpib⁹ abſtineo. q: licentia eoz ipudicicią nutrit. Scdo ꝛtus ē labor i opatione. habuit eni magnū laborē vt ꝛginitatē ſuā ꝓſeruaret. Quia ſic dic̄ Amb. i legēda. Cū iuuenis audiſſet ꝛba ꝛginis lecto ꝓſternitur. et q ꝓ amoze egrotaret a medicis ꝓ ſuſpiria alta aperiť. Nō audiēs pater replicat eā filio ſuo. ſz illa ꝓioris ſpōſi fed⁹ ſe violare nō poſſe aſſeruit. Cepit ꝑfect⁹ inārere ās ille ſpōſus eēt de cui⁹ ptāte ſe Agnes iactaret. Quidaz aūt ſibi dixit q xp̄m ſpōſū ſuū diceret. ą audito ꝑus blādis ꝑmonibus deinde terroꝛib⁹ eā pulſat. Cui agnes: ąc ąd vis age. qđ ąris nō poteris obtinere. Cui ꝑfect⁹: vnū tibi de duob⁹ elige. aut cū ꝛginibus dee veſte ſacrifica. aut cū meretricib⁹ ſcoꝛtaberis. Cui illa: nec ſacrificabo dijs tuis. nec ſcoꝛtis polluar alienis. cuſtodē eni habeo coꝛpis mei angelū dñi. Etiā credendū ē q btā ꝛgo agnes nō fuit ociosa i domo ꝑris. q: ſtatim tradita fuit ſtudio lr̄aꝝ. vt ſic ꝓ ſtudiū artiū vitaret carnis vitū. Hiero. ad ruſticū monachū. Et ponit de cōſe. diſ. vlt. c. nunq̄. Ama ſciaz ſcpturarū ⁊ vicia carnis nō amabis. Uñ ita neceſſariū ē ꝛginib⁹ modernis vt magnis laboꝛib⁹ reſiſtant vitijs carnis. ⁊ his hoſtib⁹ ą ipugnant caſtitatē. Quia dic̄. b. Amb. in li. de ꝛginitate Int̄ oia martyrij genera diuturniora ſunt caſtitatis ꝓlia. ⁊ nō ſolū ē carnis illecebris laboꝛioſe reſiſtere. q: ociū ⁊ ąes ſunt ſpina lacerās

D caſtitatē ⁊ via ad luxuriaz. Sic̄ attеſtať ꝓpha Ezech. xvj. Hec fuit iniq̄tas ẓodome ſoꝛoris tue ſuꝑbia. ſaturitas panis ⁊ abūdantia vini. Ociū ipi⁹ ⁊ filiaꝝ ei⁹. Ideo docet Egidius roman⁹. de regimine ꝓncipū. li. ij. ꝑte. ij. c. vij. et viij. Q ąlibet pr̄ vel mr̄ debēt ſollicitari q filie earū ſtudeāt texere. filare. ⁊ opari circa lanam vel ſericū ne ocio toꝛpeſcāt. Sicut legiť feciſſe ipator octauian⁹. de ą refert Valeri⁹ i policrate. li. vj. q filias ſuas i lanificio fecit inſtrui vt ſi eas nubila foꝛtuna ad extremā pauꝑtatē ꝓiceret. ſe ꝓ artē poſſent enutrire. Idē legitur de Cōſtātino ipatoꝛe ą ꝑcepit vt filie ſue artem ⁊ ꝓſuetudinē manib⁹ opādi haberēt vt ꝑ exercicia opis vicia vitarēt vt ſi foꝛtuna eis ñ fauēt poſſent ꝑ laboꝛes manuū victū ąrere ⁊ veſtitū Idē referūt cronographi de karolo magno ą filias ſuas fecit lanificio aſſueſcere colocz ⁊ fuſone ꝓ ociū toꝛpeſcerēt. Cōſideraueruntcz hi incliti ipatoꝛes q ociositas ⁊ voluptas ſūt arma antiq̄ hoſtis. de renū. c. niſi cū pdē. §. ꝓſone. et de ꝓſe. diſ. v. c. nūq̄. His armis diabol⁹ dauid impugnauit ⁊ ipm ſupauit qñ vacās ocio cuz Berſabee vxoꝛe Urie adulteriū ꝓpetrauit. ij Reg. xj. His armis inuaſit Salomonē qñ ceſſauit ab edificatiōe dom⁹ dñi. et ocio toꝛpebat ⁊ ipm vicit. q: mulieres alienigenas adamauit itaq̄ fuerūt ei vxoꝛes ąſi ſeptingēte ⁊ ꝓcubine trecēte. iij. Reg. xj. Illis armis ipulit mariaz magdalenā ⁊ vicit vt peccatrix publica dicere tur Luc. vij. Jō docet Hiero. gl̄iosus. ⁊ ponit de ꝓſe. diſ. v. nūq̄. Nō inq̄t vacet mēs tua vanis ꝓturbationib⁹ q̄ ſi peccatoꝛi iſiderint dñabunt tui. ⁊ te deducēt ad delicta maxia. De q̄bus dicit ps̄. lxxij. In laboꝛe hoiuz nō ſūt ⁊c. trāſierūt vſq̄ i affectū coꝛdis. Et ꝓcludit Hiero. Aliq̄t opis facito vt ſp diabol⁹ occupatum te iueniat. Et dic̄ Egidi⁹ roman⁹ vbi ſ. Si alią femia eēt i tā alto gradu q nō eēt ꝓſueta certa talia opa exercē. adhuc nō eēt ꝑmittenda vt ocio vacaret. ſz tradenda eēt ſtudio lr̄aꝝ. Et ſepi⁹ librū accipiēs ſe lectionib⁹ occuparet vt ſic pctā vitaret. Q: btā agnes nobiliſſimū liliū cū eēt i ſtudio artiū. ſecura fuit. Gz cū a ſcolis reuerteret. a filio ꝑfecti vꝛbis romāe adamata ē ꝑm q dic̄. b Amb. Tertia ꝛt⁹ ē fuga occaſionis peccādi q̄ fuit ąſi tertiū ſolū q̄ nr̄m candidiſſimū liliū. b. agnes fuit decoꝛata. Q: ät fugit occaſionem peccādi ptz ex h. q: dedit ſe ſtudio lr̄aꝝ q̄ vitať occaſio culpaꝝ. ⁊ poſtq̄ reūſa fuit a ſtudio māſit i domo ꝑrna. ⁊ q̄uis iuita ad lupanar inducta: tamē fuit ab angelis cuſtodita Amb. ꝓtinuādo legēdā di. Cū. b. agnes noluiſſet in thoꝛ filij ꝑfecti ꝓſentire nec idolis immolare iuſſit eā expoliari ⁊ nudā ad lupanar adduci. tātā aūt dēſitatē capilloꝝ dñs ei ꝓtulit vt mel⁹ capillis q̄ veſtib⁹ tegereť. Ingreſſa ät turpitudinis locū angelū dñi ꝑparatū iuenit. q̄ locum claritate nimia circūfulſit ſibiq̄ ſtolā cādidiſſimā ꝑparauit. Ꝑdefecti filu⁹ cū alijs iuuenib⁹ ad lupanar venit: ⁊ eos ad ipaz pr̄ⁱ⁹ iuitauit. q̄ ingreſſi ex miracło ät territi compūcti redierūt. Quos ille appellās fatuos ⁊ ad eā furiēs ltrās cū eā ꝓtingē vellet. a diabolo ſuffocať⁹ expiraꝛit. Nō ꝑfect⁹ audiēs cū ingēti plāctu ad eā venit. ⁊ cāz mortl⁹ ei⁹ diligēti⁹ ſciſcitať Cui agnes Ille cui⁹ volūtatē volebat pficē. eū i ptātē accepit ⁊ occidit Nā ſocij viſo miracło territi redierūt illeſi Cui ꝑfect⁹ In h apparebit q ñ magicis artib⁹ egiſti ſi ipetrare poter⁹ vt reſurgat Agnete ät oꝛāte: iuuenis ſuſcitať ⁊ xp̄s ab eo publice ꝑdicať. Ꝑontifices igiť tēploꝝ ſeditionē in ꝓplo excitātes clamauerūt: tolle magam. tolle maleficā q̄ mētes mutat ⁊ alienat aios. Ꝑdefect⁹ ät viſo miraculo voluit eā libare ſz ꝓſcriptus ät viſo miraculo voluit eā libare ſz ꝓſcriptionē metuēs. eā vicario dereliq̄t. Et q: eā liberare nō potuit triſt⁹ abſceſſit Ecce q. b. ꝛgo agnes nō dedit illis vanis iuuenib⁹ occaſionē q: territi lumē fugierūt. nec etiā ſeipam ill⁹ talē obtulit q̄ potuiſſent in ipaz occaſionē iuenire.

dum. Figura legit in histo. Alexandri. postq̄ Alexander vicit Dariū regē psarū ⁊ regnū ei⁹ sibi subiugauit. venit ꝟtra eū rex qđ audiētes milites ei⁹ dixerūt. sufficit nob q̄ subiugauim⁹ Alexandro psidā. ammō dimittem⁹ eū eat ipse quo vult. Qđ ꝙcipiens alexander dixit eis. Recordami qñ venim⁹ pugre in cāpis. ⁊ ego solus steti añ oēs ⁊ ꝓ omibus solus pugui. ⁊ꝓ salutōne vr̄a ⁊ totius regni solus picul'me exposui Hec eo dicēte erubescebāt milites petentes veniam dicētes. ammō vita nr̄a posita est in mānibus tuis. qđcūq̄ volueris fac. q. d. Nos tecuz facere pati sum⁹. Jō valde necessariū est dñis man⁹ apponē ⁊ negligētes nō esse. Quia dicit Aris. li. ycono. Domīs existentib⁹ negligētib⁹ impossibile est suos esse solicitos. Spūal'r dñs nr̄ ihs xp̄s solus pugt more alexandri ꝓ nob ⁊ salute aiaz nostraz. sicut ꝓ se testat Esa. lxiij. Torcular. s. passionis calcaui solus ⁊ de gentibus nō est vir mecū. Fuit etiā in labore ab infantia. Sm illd ps. lxxxvij. Paup ego sum ⁊c. Ipse eñ retinuit oia castella vndiq̄ pugnās cum diabolo. ⁊ a cordib⁹ hoim expellens. ⁊ tm̄ fatigatus fuit q̄ p̄ lassitudie sedit sup fontē. Joh. iiij. vbi legit. Jhs fatigat'ē ex itinē et sedebat sup fontē. Iste igit labor regal'r xp̄i erat cā fortitudis. be. Geor. ⁊ laboris q̄ tam fortit ptulit passiões ꝓpter nomē ei⁹. Nā potuiss fruī deli tijs hui⁹ mūdi si voluisset. Ex labore cōsidera/to in rege oia gaudia mūdi postposuit ⁊ opprobria sustinuit. Et pōt dicē cū ps. lxviij. Propt̄e te sustinui opprobriū. operuit ꝟfusio faciē meā Et sil'r fortes labores sustinuit tormentoz. ita vt dicē pōt cum Eleazaro. ij. Mach. vj. Dñe q̄ habes sanctā sciam manifeste tu scis. qz cuz a morte possim liberari duros corpis sustineo labores. Sm vo aiam ꝓpter tuū amorez libenter hec patior. Et iste ita decessit nō solū iuuenib⁹. sed etiā adolescentib⁹ exemplū forte relinquēs Quantū ad secūdū cōmendat. b. Geor. q̄tum ad opatōz xtuosam. cū dr. in opib⁹ suis. Circa qđ notandum xtuosi ⁊ boni dñi seculares milites habētes xtuosos nolūt malos ⁊ immorigeratos hr̄e i suis curijs. Ar dic̄ sapiēs Ecci. xiij Dē aial diligit sibi sile. ⁊ hō silem sibi. Naz boni diligūt bonos. mali aūt malos Exemplū de dauid ps. c. Ambulās in via immaculata h̄ mihi ministrabat. Exemplū secūdi hr̄ Nume. xxij. de Balach rege q̄ sibi sociauit malū ꝓphetam Balaam. Mystice xp̄s dñs est optim⁹ ⁊ xtuosissimus oim. Quia Mar. x. Nēo bon⁹. s. essētialiter nisi solus de⁹. Idcirco bonū ⁊ xtuosuz habuit militē. b. Geor. q̄ similis factus est ei in
B opib⁹ suis. Et notandū q̄ xp̄s rex q̄tuor habuit xtutes salutares in q̄bus ipm̄ beatus Geor. imitat⁹ est. Prima est q̄ domū pr̄is sui in maḡ reuerētia habuit. qđ ptz Mat. xxj. Quia eiecit emētes ⁊ vendentes de tēplo dicēs. Dom⁹ mea dom⁹ oratōis ē. Et ꝟbdit Mar. xj. Nō sinebat vt q̄q̄ transferret vas p tēplū. Jō dicit ps. lxviij. in ꝓsoa dñi. Zelus dom⁹ tue co. me. In hac xtute btūs martyr Geor. xp̄um regem suū imitabat qñ domū dei in cura ⁊ reuerentia docuit hr̄e. vt dicit in legenda. ⁊ potuit dicere cū ps. xxv. Dñe dilexi decorē do. tue. . ⁊ locuz habi. gl'e tue. Ex sic heu nō faciūt milites terreni. nō est eis cura quō eccl'am possint defendē ⁊ ꝓcurare. sed magis studēt q̄lit̄ possint res eccl'e auferre ⁊ spoliare sibi retinendo. ⁊ isti vtiq̄ sacrilegiū cōmittūt. teste cano. xvij. q. iij. c. sacrilegiū. vbi dr: Sacrilegiū ⁊ ꝟtra legē est si quis qđ venerabilibus locis relinq̄t̄ ꝓaue voluptat⁹ studijs temptaūit suis cōpendijs retinē. Jō tales puniunt a deo. Nam legit in li. de mirabi. btē xginis. q̄dā miles ⁊ iudex rome noie Stephan⁹ tres domos sancti Laurētij ⁊ vnū ortū sancte Agnetis violent' abstulit ⁊ ablata iuste possedit. accidit aūt vt moreret ⁊ añ iudicium dei ducer̄et. tunc sanct⁹ laurēti⁹ cernēs eū cum magna indignatōe ad deū accessit ⁊ tribus vicibus brachiū ei⁹ durissime strinxit. ⁊ dolore nimio cruciauit. Sācta xgo Agnes cū alijs xginibus in eū respicere noluit. Tūc iudex sup eū sententiā ferens dixit q̄m aliena abstraxit munera accipiēs veritatē pūtit. in locū iude eū tradam ⁊ nisi sanct⁹ piectus corā iudice ꝓ eo intercessisset dānatus h̄ miſabl'r fuisset. Oroib⁹ igitur eius ꝓcessuz fuit sibi vt ad corp⁹ rediret. et tūc apparuit brachiū ei⁹ adustū. ⁊ illud signuz apparuit q̄ diu vixit. ⁊ sic ablata restituit ⁊ penitentiā egit. Secūda xt⁹ xp̄i regis est q̄ sacerdotes honorauit. qđ ptz Lu. xvij. vbi dr q̄ decē lepr̄osos misit ad sacerdotes dicēs. Jte ondite vos sacerdotib⁹. Sup quo dicit. b. aug⁹. i li. de baptismo paruulorū. ⁊ hr̄. j. q. j. c. nōne. q̄ i isto xp̄s sacerdotes licet malos honorauit. In hac xtute secutus est ipm̄. be. Geor. qñ docuit regem ciuitat⁹ silene. ⁊ totū insup pplum vt honorarent sacerdotes. qz instinctu spūssancti sciuit scriptū Ecci. xvij. honorificate sacerdotes. Sed sic nō faciūt nr̄i militares. sz cleros et p̄sbyteros odiūt ⁊ eis inuidēt. Contra quos dic̄ btūs Greg⁹. Peius malū non'estimo q̄ christianis iuidere sacerdotib⁹. Et hr̄. xj. q. j. i canōe De pson̄a. ⁊ se. Et sil'r btūs Hiero. ad rusti. mōachum in epl'a. Adūsus p̄sbyteros accusatōnes nō recipies. nō eñ stati de pfecta etate credēdū est. Tertia xtus xp̄i q̄ libent' diuina audiuit. qđ ptz Luc. ij. vbi legit q̄ cū parētib⁹ suis iuit ad dic̄ festū ibidē officiū vsq̄ ad finem audiendo. In quo ipm̄. be. Geor. est secut⁹ qñ docuit regē ⁊ pplūm vt diuina libent' audirēt. Contra qđ faciūt m'lti q̄ in dieb⁹ dñicis nolunt audire diuina. aliq̄ si audiūt nō tm̄ vsq̄ ad finem p-

seuerāt peccātes ꝓtra p̄ceptuz eccle. de ꝓse. di. j. c. Missas. ibi dicit canō. Missas die domi/ca totas pp̄lo catholico audire p̄cipim⁹. ita vt añ bñdictōnez sacerdotis egredi pp̄lus nō p̄su mat. qō si fecerint ab eō publice cōfundātur. Glo. i. q̄ uiē corripiāt vel excōicēt nisi necessi/tas subsit. Quarta ꝝtus xp̄i q̄ pauperū mēoz fuit qō ptz Mat. xv. qñ dixit miſereoz sup tur bam. q: triduo iam sustinēt me ⁊ nō habent q̄d mādūcent. ⁊ si dimisero eos ieiunos deficient i via. Idem ptz Joh. vj. Cū satiauit q̄nq̄z milia hoim ex q̄nq̄z panib⁹ ⁊ duob⁹ piscibus. Hanc ꝝtutē imitatus fuit. b. Geor. qñ nō soluz pau perū a dracone opp̄essoꝝ memoz fuit. ſz quan do docuit regē a se cōuersum vt pauperū mēoz esset. Jō cepit sicut iesus mgr̄ suus facere p̄i⁹. ⁊ post h̄ docere alios. Rogemus.

¶ Sermo in die ap̄loꝝ ¶ Philippi ⁊ Jacobi.

¶ Non turbetur coꝛ

vestrū neq̄z formidet. Joh. xiiij. Dicūt naturales q̄ hō passionib⁹ occupat⁹ ⁊ tribulationib⁹ non pōt discernere verū ⁊ falsuz. nec ce lestia mysteria intelligē. Nec etiā est dispositus verba p̄hie audire. Juxta illud Ari. dictum. j. Ethi. Passionū sectatōres inutiles sunt philo sophie auditores. Recte sic̄ ait amādus in hor. Sap. li. j. Tristes nō sunt apti ad p̄cipien duz armoniā. Nā letos reddit letiores ⁊ tristes tristiores. Sic est de turbatis animis q̄ nō p̄nt p̄cipe arcana. q̄d ꝓbat venerabil⁹ Boe. de con sola. li. j. metro. vl̄. triplici exemplo ¶ Primum tm̄ vult q̄ sol ⁊ luna ⁊ stelle quo ad se sp lucent Sol tm̄ in nocte offuscat̄ p interpositōnez terre Sic etiā stelle in die obtenebrant̄ ꝓpter lumen sol. sil⁹ ꝓpter obscurarū nubiū interpositōnez Sic intellect⁹ nr̄ qui est lumen q̄d deus infudit aime. vt h̄r̄. iij. Pol. impedit̄ p turbatōz dolo rum. Secūdū exemplū. Recte sicut aqua mar/ clara manēs visus pōt eam penetrare ⁊ videre q̄d in fundo continet̄. ⁊ cū turbat̄ obstat visui Sic aīm⁹ homis quietus a turbatōe passionuz nō ipedit̄ i iudicio ratiōis. secus aūt est si ē tur batus. Tertiū exemplū aqua currens de altis montib⁹ libere ⁊ sine impedimēto directe ꝓce dit. Sed p obstaculū rupis impedit̄. Sic ipsa ratō libera nō impedita obstaculo alicuius pas sionis recte iudicat. si aūt obijcit̄ rupis affectio num impedit̄ in iudicio veritatis. Quia legi/tur in vita pb̄oꝝ. q̄ socrates noluit ꝝberare suum dūmodo fuit iratus. Sic etiā legit̄ de q̄ dam rege q̄ cum turbatōe cogeret̄ consueuit to tum numerare alphabetū in digitis añq̄z ꝝbuz cuiq̄z diceret. ⁊ h̄ ideo fecit vt illa tribulatio in terim cessaret. Jdeo q̄ verū vult discernē debz animū a turbatōe excutere. Jubēte Boe. lib. j. de conso. metro. vl̄. Tu q̄z si vis. cernere verū. luie claro gaudia pelle. pelle timoꝛē. spēq̄z fugā to nec doloꝛ assit. nubila mēs est. hec vbi regnt Jdcirco verus agricola xp̄s depulit tristiciam de coꝛde suoꝝ discipulorū vt ſerere possint ꝝ bum suū ⁊ ip̄m possent intelligē. Jdeo dic̄ Nō turbet̄ coꝛ vestrū. Jn quo tria tangit. Primo cō solatus est eos. ibi. Nō turbet̄ coꝛ ve. Secūdo ip̄os benigne increpauit. ibi. Tāto tpe. Tertō recessus sui vtilitatē reseruauit. ibi. si em̄. Circa q̄d notandū. videm⁹ naturaliꝛ q̄ celū coꝛpoꝛeū diffundit ⁊ resumit eandē aquam per vapoꝛes Quia dicit Ari. li. ij. met. ⁊ albtus li. iiij. q̄ sol ꝝtute caloꝛis attrahit vapoꝛes vsq̄z ad mediā regionē aeris. vel ſm alios ad infimā ptez me die. et in frigiditate loci in nubē cōūtit̄. et vlti⁹ in nubem cōdensat̄. ⁊ guttati descēdit. ⁊ eadez aqua descēsa iterū resumit̄ solis per caloꝛem. Mystice sic fecit xp̄us. Nam p̄us infudit pluuiam tristicie ad coꝛda discipulorū suoꝝ. et h̄ cū q̄tuoꝝ ꝝbis que eis dixit añ passionem. Primum fuit. vnus ex vobis me tradet. ⁊ ponitur Mat. xxvj. ⁊ Joh. xiij. Secundū. oēs scanda lum patiemi in me in ista nocte. Matth. xxvj. Tertiū añq̄z gallus bis cāret ter me negab. vt h̄r̄ Mat. xxvj. Nam videtes hūc virū petruz q̄ erat sanctitate p̄stantioꝝ. fide robustioꝝ. amo re deuotioꝝ. ſm Bern̄. xp̄m negaturū. oēs ti muerūt vt nō possent stare cū firmioꝝ casur⁹ es set. Quartū ꝝbum fuit. filioli adhuc modicuz vobiscū sum. sed cito tollar a vob p mortez. Et h̄ multū doluerūt. nam xp̄m multū amauerunt. ita q̄ etiā eius nō potuerunt p̄sentia carere. q: dicit Ari. j. eth̄. Unicuiq̄z est delectabl'e illō q̄d amat. Et. ix. ethi. dicit. Presentia amicorū de lectabil'est tā in bōa fortuna q̄z in mala. Jn ma la q: tristati alleuiant̄ cōdolentib⁹ amicis. Jn bona q: delectabl'e est cōuersari cū amico. Jō ſm Bern̄. ceperūt p̄meditari oia bona eis exhi bita cōuersatōes ꝝboꝝ ⁊ ſmonū dulciū ⁊ mi/ꝛabilium miraculorū. ⁊ sic de alijs. Et h̄ ꝓpendens ihs q̄ ſm p̄s̄. xliij. Nouit abscōdita coꝛdis. resumpsit ab eis illius magne tristicie doloꝛem cū ꝓposuit eis p̄sentia dicens. Non turbet̄ coꝛ vestrū. Et dicit. b. Bern̄. q̄ pie credi pōt dñm cum eis fleuisse ⁊ flent̄ hec ꝝba dixisse. Et ē no tandū q̄ turbati fuerūt p̄cipaliꝛ ꝓp̄ duo Pri mo q: doloꝛosum fuit eis carere melliflua con uersatōe sua. ⁊ hanc carentiā intellexerunt p h̄ q̄ dixit. adhuc vobiscū modicum sum. ⁊ ꝓpter h̄ dixit eis id q̄d sequit̄. Creditis in deū ⁊ i me credite. q. d. ſm Bern̄. In dapibus pascalib⁹ ego manifestaui deitatē meā q̄ vtiq̄z resurgam q: non solū hō sum ſz de⁹ ⁊ hō. ⁊ cū patre vnū. q. d. Ego q̄ lazarū resuscitaui. Joh. xj. Et filiā archisynagogi. Mat. xix. Necnō filiuz vidue in naim. sic volo meip̄m resuscitare ⁊ nō i mor te p̄manere. ſm illud Joh. ij. Soluite templuz

ß. ſ. corporis mei. ⁊ in triduo reedificabo illud. Secūdo turbati fuerūt ex timore dāmnatōnis qđ ſumpſerūt ex his ꝙbis. Mat. xxvj. Omēs ſcandalū patiemī in me in iſta nocte. ⁊ ad pet̄z anc̄ gallus cantet ter me negab̄. Nam ſic cogi tabant. o ſi maximus cadet int̄ nos ⁊ dānabit̄. qđ tunc de nob̄ fiet. Contra ß eis dixit ꝓſolato rium. In domo p̄ris mei māſiones mlte ſunt. q̄ ſi di. Hac nocte a me fugietis tñ ex ß non dāna bimi. ſed reuocabo vos ad domū p̄ris mei. ḡa eſtis p̄deſtinati. de q̄bus dicit aug⁹. in li. de fid ad petrū. Firmiſſime tene p̄deſtinatos perire nō poſſe. Idem de pe. di. iiij. in. c. in domo pa
D tris mei. P̄deſtinat⁹ nō p̄t pire nec dānari. Ulteri⁹ eſt notandū dicit Ari. vij. Poſ. Omia amam⁹ amāda. ſed p̄ma magis. Naturale ē q̄ pater amat filios ſz tñ magis p̄mogenitū. Idez uidem⁹ de aialibus irratōnalibus q̄ plus dili gunt fetū p̄mo natū. Ita pat̄ celeſtis dilexit oēs hoies tanc̄ filios ſuos. ſm illud Joh. iij. Sic deus dilexit mūdū. i. hoies mūdanos. plus tñ dilexit p̄mogenitos in fide. ſ. ap̄los. Jō p̄ alijs ꝓſolatus eſt eos cū dixit. Nō turbe. cor. ve. Et aliqua miſſalia habēt additā illā particulaz. ne q̄ formidet. Hoc etiā in antiq̄s oſtēdit Nam le gitur Geñ. xxviij. Cū Jacob fugeret eſau fra trem ſuū. ⁊ eſſet in triſticia. ſtati ꝓſolabatur eū dñs cū vidit ſcalā cui⁹ ſummitas celuz tāgebat ⁊ anzelos dei aſcendētes ⁊ deſcēdētes. Itē. iij. Re. xix. legit̄ q̄ cōſolatus eſt Ezechiā. q̄ obſeſ ſus fuerat a ſennacherib q̄ñ interfecit p̄ āgeluz in nocte vna in caſtris aſſyrioruz. clxxxv. milia armatorū. Itē daniel conſolatus eſt in lacu leo num p̄ pphetā Abachuc Bañ. vj. Itē Suſan nam ibidē. c. xiij. Sic ⁊ nos cōſolabit̄ p⁹ tribu latōnes noſtras. Sicut de ß dixit Tara Tobie iij. Poſt lachrymatōz ⁊ fletū exultatiōez infun dis. Et fit tunc q̄ñ ōr. Non turbet̄ cor veſtrum q. d. Ego q̄ interdū infundo tribulatōes. potēſ tñ ſum eas reſumē. Ideo dicit. b. amb. in li. ora tionū. Conſolatōz a te bone ihu iugit̄ expectā⁹ q̄ mala nr̄a omia abbreuiat in gaudiū q̄ mutat Dicit notanē. In deū creditis. ⁊ in me credite. q. d. ſm Glo. Aug⁹. Si in deū creditis ꝓñs eſt q̄ in me credere debeat̄. qđ nō eſſet ꝓñs ſi xp̄s de⁹ nō eſſet Añ mgr. iij. li. ſen. di. xxiij. differūt credere deū. credere deo. ⁊ credē in deū Credē deū eſt credere q̄ deus ſit. Credē deo eſt credē vera eſſe q̄ deus loquit̄. ⁊ ſic mali etiā credunt. Sed credē in deū eſt credendo deuz amare. Et p̄ amorē ei adherere. qđ ſoli boni faciūt. Jō di cit credite in me. i. credēdo me amate. Et ſ̄bdit p̄miū ip̄m amātibus dicēs. In domo p̄ris mei mlte māſiones ſunt. i. diūſa p̄mia vl diſtinctio nes p̄miorū ſm q̄litatē amātiū. Sz nō eſt ß re ſpectu dei. ſed reſpectu opantiū ſm merita ſua ⁊ he p̄ceptōes diūſe dicunt̄ māſiones. Sic̄ mlti q̄ ſedent ad vnā mēſam ⁊ tñ iuſt̄ diūſas com- E
plexiōes vnū ferculū vni alit̄ ſapit c̄ alti Haz albi hoies libent̄ dulcia comedūt vt lacticinia. Sz colerici amara. Sic c̄uis ibi habebunt pre mū eq̄le eſſentiale. nō tñ accidetale. Quia ſm aplm. j. ad Chor. xv. Stella differt a ſtella i cla ritate. vñ q̄ ß deū dilexerūt ibi clari⁹ faciē eius videbūt. Et tñ ſm gl̄oſum doctorē aug. tātus erit ardor charitatis in ſanctis q̄ vnuſq̄ſq̄ gau det ſe in altero accepiſſe qđ in ſe non hz. Recte ſicut pes non inuidet oculo vl capiti. Et ſicut ſi lij ruſticoruū nō curāt ſi nō vtant cibis puerorū regū. Ad idē dat exemplū aug⁹. de paruis va ſis ⁊ magnis. quoruū q̄libet dū implet̄ nō p̄t ampli⁹ cape. Et ſic̄ angeli in ſupiorib⁹ choris clarius vident deū. ſic ⁊ illi q̄ eis ſociabunt̄. Et he manſiones ſm electōz ſunt ab eterno create ſm illud Mat. xxv. Uenite bñdicti pa. m. poſ ſidete p̄pa. vob re. añ ꝓſti. mūdi. Tunc ſubdit declarādo q̄ he manſiones ſunt ſufficiētes dt. Si quo mīn⁹ dixiſſem vob. i. ſi aliq̄d eſſz mīn⁹ illo dicto p̄cedēte de māſionib⁹ ad ſaluādos re cipiēdos dixiſſem vob. ſ. q̄ vellē aſcendē et pa rare. Uel ſic. ſi eſſet alit̄ plus vel mīn⁹ dixiſſem vob. q̄ vado parare vob locū. Hic poſſet dice re alīq̄s. P̄tius dixit dñs quo nihil eſſz minus ⁊ nulla carētia. ⁊ tñ dicit vado parare. Et ſi fu it ſufficiēs cur aūt eſſet p̄parandū? Ad ß rñdet Nihil deficit ratōe p̄deſtinatōis ſz vt nos def uire poſſem⁹ voluit xp̄s pati. vt ſic ſua ſuppler et paſſio qđ opa nr̄a de cōdigno non poſſunt. Et nūc q̄d facit dñs in celo. certe nihil c̄ q̄ no bis infundit gr̄am q̄ mediāte digni erim⁹ acci pere p̄ merita q̄ ab eterno ſunt p̄ pniam diſpoſita Et ſm Bern̄. q̄tiens g̊ vouem⁹ ⁊ oram⁹. ille p̄ parat nob locū Quia ōr Joh. xv. ſine me nihil poteſtis facē. Uel ſm aug̃. P̄reparat nob et ß q̄ iam abſtraxit ſuā hūanitatē. q̄ fides mlti⁹ augeē ex ß q̄ nō videm⁹ ⁊ credim⁹. Et ſequit. Si. i. q̄ abiero ⁊ p̄pauero vob locū iterum ve nio ad vos. ſ. in fine mortis vr̄e ⁊ accipiam vos ad meip̄m. ⁊ vbi ſum ego vos ſitis. Ex ß p̄z q̄ diſcipuli potuiſſent potius exultaſſe c̄ lachry maſſe. ⁊ de ſalute eoruū gaudē. ſm illud Ecci. ix Uade comede panē tuū i leticia. q̄ deo placēt opa tua. Ul dic q̄ nō vult redire p̄p̄ ſalutem aie. q̄ aia iuſti poſt mortē ſtati ſaluabit̄. ſm il lud Sap̄. iiij. Juſt⁹ ſi morte p̄occupat⁹ fuerit i refrigerio erit. P̄ermittet em̄ eū redire i die iu dicij ad ſalutē corpoꝝ p̄ reſurrectōz. Hic fuer̄t q̄dam hereticī dicētes q̄ ſancti nō pueniunt ad ſalutē in aiabus vſq̄ ad nouiſſimū diē. Cōtra q̄s dicit ap̄s ad Phil'. ij. Cupio diſſolui ⁊ eſſe F
cū xp̄o. Hic dubitat̄ an hō ex merito condigno p̄t mereri vitā eternā. ex q̄ ß dicit vbi ego ſuz illic ⁊ miſter mē? Rñdet ſanct⁹ Tho. in p̄ma ſe cūde. q. vl. Nēo ex merito cō digno nec ex gr̄ati

tis nec naturalibus donis pōt mereri vitā eternam. Quia vita eterna est supnaturale bonuz a natura incōprehensibile. Unde si vn⁹ hō haberz oim merita. adhuc nō esset dignus. quia oculꝰ nō vidit. nec auris audiuit. nec in coꝛ hois ascēdit que pparauit deus diligētib⁹ se. Ibi eīm verificaꝫ illud. iij. Re. x. Uix media ps sapientie est mihi naurata. Et dicet q̄libet saluatus ſm Hugo. de arca mystica. Seruasti bonuz vinuz vsq; huc. Et g̃ nō sunt codigne passiões huius seculi ad futurā gl̃am ⁊c. ad Ro. viij. Sz ex merito cōgruo. qz congruū est postq; hō suuz posse fecerit. q; dñs suppleat impfectū. Et sequitur. quo ego vado scitis. Dicit ei Thomas. Nescimus quo vadis. ⁊ quō possum⁹ viā scire. Sed dr. Hec sunt ꝓtraria. dñs dicit viam scitis. Et Thomas rñdit. Nescim⁹ q̄ vadis? Ad hoc respōdeꝫ. Dicit pbs. j. Pbi. q; cognitio incipit a cōmunioꝛib⁹ vt pueri vocant oēs viros pres ⁊ oēs mleres matres. postea iudicāt de singulis. Et p̄mo q̄n videan⁹ aliquē hoiez venire. aggscimus p̄mo hoiez. secūdo masculū. tertio petruz vel Jobem. Sic h̄ intelligiꝫ q; apostoli in communi sciuerūt q; vtiq; vellet redire ad patrem. Sz thomas dicebat cū ceteris de certitudie viaꝝ nescierūt. Jō dicit ei ihs. Ego sum via veritas ⁊ vita. Nemo venit ad pr̄em nisi per me. Hec est porta ſm glo. ad vitam eternā. s. xp̄us p quem ſm Hugo. oēs pres iusti intrauerunt. credentes xp̄m incarnandū. Jō iudei ⁊ pagani damnanꝫ. qz nō habent viā. Un aug⁹. de verb domi inqt. Assumens humanitatē fact⁹ est via ad diuinitatē. Et intelligiꝫ sic ſm Bern̄. Ego sum via p quā est ambulandū. veritas p quam est festinandū. vita in q̄ est manendum. vel sic. Ego sum via sine erroꝛe. veritas sine falsitate. vita sine morte. vel sic. Ego sum via in exēplo. veritas in p̄miſſo. vita in p̄mio. Hic timeat superbus q̄ non amat viā in exēplo. Jsta via habet tres semitas. Pꝛoū. iiij. Ducā te p semitas eq̄tatis. q̄s si ingressus fueris nō artabiꝫ gressus tui. Et currēs non habeb offendiculū Pꝛima semita est paupt̄as voluntaria. Scōa obedientia. Tertia castitas. ⁊ hec est arta via ad celum. Mat. vij. Si q̄s igiꝫ vult intrare in celuz oꝛtet ire p viā xp̄m. qz hic dicit. Nemo venit ad patrem nisi p me tanq; p viā directā. et vere felix est ille hō q̄ vadit p hanc viā. qz vtiq; intrabit regnum celoꝝ.

¶ De inuentōne sancte Crucis. Sermo.

Qui me inuenerit

inueniet vitā. ⁊ hauriet salutē a domio Eccl. xxiiij. Scribit Jsi. li. xvij. de q̄dam arbore q̄ psides dr. ⁊ est in india. ⁊ hec pfert fructus dulcissimos. ⁊ ad hāc volāt colūbe. ⁊ de fructu eius comedūt sero ⁊ mane. Draco aūt q̄ est inimicus colūbaꝝ naturales insidias poit eis. ⁊ cū ad arboꝛē volāt eas trāsglutit ⁊ occidit ⁊ comedit. Sz draco intantū timet arboꝛē q; nec vmbrā audet attingē nec in ea latitare. Si aūt vmbra ꝓtendiꝫ ab oꝛiēte draco ad occidentē declinat ⁊ ecōtra. Et h̄ naturaliꝛ ꝓpendētes colūbe sp in vmbra arboꝛi manēt. ⁊ sic a dracone sunt secure. Sed q̄n arboꝛē dimittūt ⁊ vmbrā ei⁹. ꝓtin⁹ deglutiūt. Spūaliꝛ p hāc arboꝛē nobilē ſacta desigꝫ crux. de q̄ dicit. b. Greg⁹. in hymno. Crux fideliꝫ inter oēs ⁊c. Jpa crux figurata ē p arboꝛē quā vidit nabuchodonosoꝛ. Dani. iiij. in medio ꝛre cui⁹ altitudo ad celum ptingebat ⁊ aspect⁹ ei⁹ vsq; ad fines vniūse ꝛre. Folia ei⁹ pulcherria fructusq; ei⁹ nimis dulc. ⁊ esca vniūsoꝝ in ea. subꝫ eā habitabāt bestie ⁊ in ramis volucres celi ꝓuersatōz habebāt. Sic scā crux erat plantata in medio terre. ſm illud ps. lxxiij Operatus est salutē in medio terre. s. in scā cruce Altitudo ei⁹ ptingebat ad celū. qz omēs iusti ⁊ eletci in ꝓtectōe sancte crucꝭ ascendunt celos a demonib⁹ defensati. Aspect⁹ ei⁹ ad oēs terras qz oēs fideles hūt respectū ad sanctā crucē cuz sunt in adūsitatibus ꝓstituti. ⁊ nō solū fideles. sz interdū infideles. vt patz infra de iudeo. In hac arboꝛe sancte crucis est esca oim hoim Ibi peccatoꝛes habēt escā redēptōnis. quia in ea sunt misericoꝛdiꝫ redempti. Pdenitētes habent escā suppletōnis. qz quod nō pōt penitens supplet amara passio domi nr̄i hiesu xp̄i crucifixi. Ad hanc arboꝛē p̄ciosam volare debēt colūbe. id est deuote aīme. si volūt hr̄e vitam eternam ſm q; xp̄us ammonet Cantico. ij. Surge ꝓpera amica mea. columba mea. formosa mea. ⁊ veni. Debentq; sil̄ venientes in vmbra. i. in ꝓtectōne illi⁹ sedere. Sicut fideliꝫ hec aīma que dic̄ Cañ. ij. Sub vmbra illi⁹ quē desideraui sedi. ⁊ fructus illius dulcis gutturi meo. Sciebat eīm deuota hec aīma. q; sub vmbra illius arboꝛi sācte crucis secura esset. qz draco infernalis diabolus multū timet arboꝛē sancte crucis. et sub vmbra eius nō audet apparere. Timet eīm baculum cum quo est p̄cussus. ſm illud Esa. iij. Pauebit assur v̄ga p̄cussus. vbi p assur intelligiꝫ diabolus. Jō dicit b̄tus aug⁹. in laude crucis in p̄ncipio. O nomē crucis occultum mysteriū. In noie eīm crucꝭ pax daꝫ. O crux q̄ hoiem deo iunxisti. ⁊ dñio diaboli ⁊ captiuitate magnifice segregasti. ⁊ dira ſpētis venena salutari pocio depelliꝫ. Ex q̄b⁹ v̄bis b̄ti doctoꝛi appet q; arboꝛ scē crucꝭ defēdit colūbas. i. deuotos homines a dracōe ifernali. Jō volētes ee securi fugiāt ad eam. Jdeo dicit in v̄bis p̄missis Qui me inuenerit inueniet vitā. In q̄b⁹ duo describunt. Pꝛio vtilitas crucis ⁊ v̄tus oposita ibi. inueniet vitā ⁊c. Scōo illi⁹ inuentio gl̃iosa. ibi. q̄ me inuenerit. Pꝛimo dr. q; in his verb descri/

bitur vtilitas crucꝭ ⁊ ꝟtus opoſa cum ꝺr. inue-
niet vitā ⁊ hauriet ſalutē a dño. vt ſit ordo trāſ-
B positus. Circa qꝺ eſt notandū ſm doctores ſā-
ctos ꝯtuor inueniunt vtilitates ſancte crucis.
Dño defendit a lupo infernali. Nō ꝓbaꝭ i na-
turalibus qñ hō inſequit a lupo debet ſe ad ɼ-
ram inclinare ⁊ facere crucē lupo videte. tūc lu
pus eū fugit ⁊ amodo nō inſequit. qꝛ hꝫ facit ti-
morē lupo ꝙ hō capiat ⁊ paret rete ad eū capiē
dum. Spūaliꝛ crux xpi eſt muſcipula diaboli ſi
ue rete. Teſte. b. aug⁹. Tetendit redemptor nr
diabolo crucis muſcipulā vbi poſuit ꝙſi eſcam
corpus ⁊ ſanguinē. Jō timet capi a cruce xpi ⁊
fugit. ⁊ ꝯ ſi hō vult vt lupus infernal⁹ ille ab eo
fugiat inclinare debꝫ ſe in terrā hūilitaꝭ. ⁊ ſibi
C crucem dñi imꝑmere. ⁊ ſic ꝓculdubio oportet
diabolū ab eo fugere. Quia crux ꝙ citharā da
uid eſt figurata. De ꝙ legit. j. Regū. xvj. Saul
rex a ſpū malo vexabat. dixerunt ad eū ſui ſui
ſpūs dei malus exagitat te. iō iube ꝙrere viruꝫ
ſcientē pſallere. ⁊ inuent⁹ eſt dauid ꝙ cythariza
bat añ ſaul. ⁊ ſpūm malū effugabat. Spūaliꝛ il-
le ſaul interꝑtat ſuꝑbus. ⁊ ſignificat peccatorē
quē exagitat ſpūs malus. ſi vult ab eo liberari
debet ꝙrere dauid ꝙ interꝑtat deſiderabilis. ⁊
ſignificat ꝑdicatorē. ꝙ debet ꝑdicare coram eo
in cythara. i. narrare vel ꝯngē laudes crucis.
D vt ſic ſpūs malus effugeꝭ. Jō dicit. b. Aug⁹. in
ſmōe de laude crucis. Crux xpi a nobis expel-
lit exterminatorē ſi tantū cor noſtrū habꝫ deuꝫ
inhabitatorē. Idcirco etiā docet nos papa In
no. in ſua ſumma. ꝙ in inceptōe cuiuſlibꝫ opis
ꝟtuoſi. ne diabol⁹ impediat. pect⁹ eſt ſignacu-
lo ſancte crucꝭ muniendū. Quia dicit canon in
c. Eccl'aſticarū di. xj. Salubꝛe eſt fidelib⁹ ſigna
culo crucꝭ inſigniri ⁊ nō ſolū eſt ſalubꝛe xpianis
E ſed infidelibus ⁊ iudeis crucꝭ xpi inimicis. Re
fert em̄. b. Gre. in dial'. Jude⁹ ꝙdā iter faciēs et
ſole occidēte iuit ad qꝺaꝫ templū appollinis
vt ꝙeſceret. ⁊ licet nihil ꝟtutis crederet i cruce
eſſe. tū more xpianorū ſe ſignauit ſigno crucis.
Nocte igit media vigilās vidit ſubito mꝛtitu-
dinem magnā demonū venientiū ⁊ vnū ex eis
ꝙſi ꝑlatum ceteris. Inter cetera aūt inꝗt. ꝙſnaꝫ
eſſet qui in illo angulo templi iacere ꝑſumpſiſ-
ſet. Quē maligni ſpūs intuētes. ⁊ ſigno crucꝭ ſi
gnatum mirātes dixerūt. ve ve vas vacuū. ſed
ſignatum. ⁊ ſic illa turba demonum diſparuit.
Secūdo crux xpi emollit dura. quod ptz in na
tura. Dicit em̄ mgr̄ ꝑpꝛie. li. xvij. ꝙ quedā eſt
arbor dicta aloe que reperit in magno flumie
babylonie que cuidā iungit fluuio paradiſi ⁊ a
pluribus credit ꝙ inter arbores paradiſi oria-
tur. ⁊ caſu aliquo vel impulſu inde deducta ſit
Et dicit a ꝙbuſdā ꝙ habet ꝟtutez mollificandi
dura ⁊ facere ea fluida. Spūaliꝛ ꝙ hanc intelli-
ge crucem ſanctā. Hec em̄ ad inſtar huiꝰ ligni
ortū habuit de paradiſo. qꝛ angel⁹ Tet dedit ra-
mū vt plātaret ſup pꝛis ſepulchꝝ. vt hr̄ i legē-
da h⁹. ⁊ p⁹ea inuenta fuit in piſcina ꝓbatica. Jō
nūc hꝫ ꝟtutē dura corda mollificare ⁊ ea fluida
facē. Teſte Orig⁹. Que nō emollit ad fluēduꝫ
peccamia dulc⁹ inuictiſſime crucꝭ dñi memoria
Et hꝫ figuratū ē in ꝟga moyſi Nu. xx. vbi legit
Filij iſrl' venerūt in deſertum Sin. vbi nō iuene
runt aq̄s. Veniētes igit adūſus moyſen ⁊ fra-
trem ei⁹ Aaron. ⁊ ꝟſi in ſeditōz dixerūt. Cur in
duxiſtis nos in ſolitudinē vt nos ⁊ iumēta mo
riamur. qꝛ hꝫ nō eſt aq̄ ad bibendū. Qꝺ audien-
tes Moyſes ⁊ aaron in tabnaculo corruerunt
in terrā ſe ꝓſternētes ⁊ dicētes. Dñe de⁹ audi
clamorē pp'li hui⁹ ⁊ aperi eis theſaurū tuū fōtē
aq̄ viue vt ſatiati ceſſet murmuratō. apparuit
q̄ gl'a dñi ſup eos. ⁊ dixit dñs ad moyſen. tolle
ꝟgā ⁊ cōgrega pp'lum tu⁹ ⁊ aaron ⁊ loq̄mi ad
petrā coram eis. ⁊ illa dabit aq̄s. Cepit igit moy
ses ꝟgā q̄ erat in ꝓſpectu dñi ⁊ pp'lo congregato
ait. Audite increduli ⁊ rebelles. nūq̄d aquā de
petra poterim⁹ vob eijcere ⁊ eleuata mānu pcuſ
ſiꝭ bis ꝟga ſilicē ⁊ fluxerūt aq̄ largiſſime vt filij F
iſrl' biberēt ⁊ iumēta. Spūaliꝛ ꝙ filios iſrl' rebel-
les. intelligūt mali xpiani. q̄ ſunt rebelles lumi
nis. Job. xxiij. Iſti morāt in deſerto ſterilitaꝭ
carētes fructib⁹ ꝟtuoſoꝝ opeꝝ. qꝛ ñ hñt aquaꝫ
charitaꝭ. Jō ſunt tanq̄ dura ɼra. ſm illud ps.
cxlij. Ania mea ſi. t. ſi. aq̄. Et vt veri⁹ dicam ſm
Job. xlj. Cor eorū indurabit q̄ſi lapis Idcirco
ſi dñt fieri molles oportz ꝙ moyſes. i. xps pcu-
tiat ꝟga. i. ſancta cruce cor durū vt ſic fiat flu-
dum in lachrymarū effuſiōe. Et hꝫ mō mollituꝫ
fuit cor centurionis q̄ ſtetit circa crucē dñi. ⁊ vi
dens ſig̃ q̄ fiebāt. ⁊ hi q̄ cū eo erāt dixerūt. Ve-
reꝛ filius dei erat. ⁊ percutiebant pectora ſua.
Mat. xxvij. ⁊ Lu. xxiij. Tertio crux xpi dul-
corat aq̄s tribulatōis. qꝺ figuratū eſt Exo. xv.
M vbi legit ꝙ filij iſrl' venerunt in deſertū bur. vbi
aq̄ erāt amariſſime vt eas bibē nō poſſent. Jō
murmurauerūt ꝓtra moyſen dicētes. q̄d bibē⁹
Nā ſitī deficim⁹. Moyſes aūt oravit ad dñm
⁊ ipe oñdit ei lignuꝫ qꝺ cū miſiſſet in aq̄s verſe
ſunt in dulcedinē. Spūaliꝛ ꝙ ſilios iſrl' hꝫ intelli-
gūt xpiani q̄ hꝫ ſunt in deſerto h⁹ mūdi. ⁊ habēt
aq̄s amaras tribulatōnis. Jō dñt clamare ad
dñm ⁊ ille oñdit eis lignū ſancte crucis in q̄ ipe
pependit. ⁊ cū miſerit in corda tribulata. ſtatiz
aq̄ amare dolorū ꝟtunt in dulcedies ꝙſolatio-
num. ⁊ hec ꝓbat deuotus doctor Amandus in
hora. Sap̄. li. j. c. xiiij. De q̄dā iuuene q̄ circa G
ꝙuerſionis ſue initia fuit quadam triſticia in-
ordinata taꝫ letalit⁹ opꝑſſus. ꝙ neq̄ orare neq̄
legere. nec quicq̄ boni ꝓ tunc facere potuit.
Iſte igitur quadaꝫ die in cella reſidens ab hac
paſſione grauiter vrgebat. Tunc venit vox de
ſup ad euꝫ dicens. quid ſedes hic ocioſus in te

ipo tabescēs. Surge nūc ⁊ passionē meā ⁊ cru
cem deuota mēte ptracta. q. d. Bitte ꝺ dulce
lignū in cor tuū. ſ. ſancte crucl amarū. ⁊ percipi
es vtiqꝫ dulcedinē ſpūalem. ⁊ in mea amaritu/
dine tuū vinces dolorē. q̄ audito ſurrexit frat il=
le ⁊ ꝺ dulciſſimū lignū crucl deuote miſit in cor
ſuū dulcoratū. ⁊ extūc ois amaritudo aquarū
tribulatōis totaliť abſceſſit. nec de ceco paſſio=
nem talē ſenſit. Ita ⁊ nos qñ ſum⁹ amari corꝺl
⁊ tribulati cogitem⁹ q̄re xp̄us in cruce duriſſi/
mam ſuſtinuit paſſionē. tūc vtiqꝫ tribulatio il=
la mitigať. Jō exhortať nos apl's ad Heb. xij.
Aſpicite i auctorē fiꝺi ⁊ ꝓſūatorē ihm q̄ cū gau
dio ſuſtiuit crucē. recogitate eū q̄ talē ſuſtinuit
a pctōrib⁹ adūſus ſemetipm ꝓtradictōꝫ in ver=
bis ⁊ nō fatigemi animis vr̄is deficiētes Et quā
do paſſionē xp̄i ſic recogitam⁹ tūc nr̄as tribula
tōes q̄ſi nihil eſtimam⁹. Fm illō Bern̄. in Fmo.
Benign⁹ miles vulnera ſua non ſentit. dū beni
gni vulnera ducl intueť. Quarto crux xp̄i apit
celeſtē padiſuꝫ. ipa eñ crux eſt clauis per quaꝫ
mittť in poſſeſſionē celeſtē De hac claue dicit
Eſa. xxij. Dabo clauē dom⁹ dō ſup hūerū ei⁹.
apiet ⁊ nō erit q̄ claudat. Ista ē clauis quā xp̄s
portauit in ſuo brachio bn̄dicto. Ista eſt clauis
regia. p quā xp̄s celos apuit. hec latroni padi=
ſum referauit q̄ fere p q̄nq̄ milia ⁊ ducētos an
nos erat clauſus. Qꝛ legit in euangelio nicode
mi. Cū latro audiſſꝫ ẏba dn̄i. mecū eris hodie
in padiſo. petijt ab eo ſignū. Cui dn̄s. Cū vene
ris ad portā padiſi ⁊ nō fūis intromiſſus. oſtē
de angelo crucl ſignū. ⁊ ſtati te intromittet. qō
cū audiſſet feč. ⁊ cū angel⁹ crucez vidiſſet ilico
cū introduxit. Et ꝑ q̄cūq̄ hac claue caruerit. i=
gredi celū nō poterit. ſicut oēs iudei crucis xp̄i
inimici ⁊ pagani. Jō ſancta crux bn̄ figurať p
quandā arborē aridā. de q̄ legit in hiſto. trium
Regū. c. xliij. Qꝛ in ciuitate ſuſis in q̄ rex Aſue
rus reg̃uit erat tēplū tartarorū. in q̄ fuit arbor
olim arida. de q̄ plura mira narrāť. Hec vltra
modū armigeris ⁊ ſtipēdiarijs muriſq̄ ſollicite
cuſtodiť. ⁊ q̄ hanc arborē hꝫ in ptāte. ille re/
gimen ſup hāc ꝓuinciā vnūſam hꝫ. Si aūt ali
q̄s rex vel ꝓnceps efficiť tam potēs q̄ arborem
lucrar⁹ fūit. ⁊ ſcutū ſuū in ea potēť poſuerit vl̄
pepēderit. huic oēs portе ciuitatis aperientur.
Et. cxxv. ꝓuincie a iudea vſq̄ ad ethiopiā abſ
q̄ oi ꝓtradictōe obediēt ei ⁊ cū gaudio itrodu=
cunt. Si aūt q̄s ciuitatē lucrareť. ⁊ ad arborez
nō veniret. nec ſcutū ibi penderet. ei mīme obe
diret. Hec arbor figurā hꝫ crucis ſctē. Hanc iu
dei p lōga tpa ſub tra abſconderť. q̄ nēo pote=
rat ad eā puenire. Jō infideles reg̃bāt nō ſoluꝫ
in. cxxv. puicijs. ſꝫ q̄ſi p totū mūdū. Cū autez
Cōſtātino impatori oñſa fuit hec arbor in celo
⁊ cū ipe tāq̄ potēs ſcutū ſuū. i. ſpem ſuā in eaꝫ
poſuit. gētiles deuicit ⁊ in oēs ciuitates eor̄ i/
tromiſſus fuit. Sic etiā ſpūal'r q̄ ponit ſpez i ſā
ctā crucē. in celeſtē porit intromitti ciuitatem.
Qꝛ fm aug⁹. li. de efficacia crucl. ꝺ ſig̃ celū apiť
⁊ hoies ꝓfuanť. Et ꝺ ꝑmū. Quātū ad ſecū ꝺ
dum poiť crucl inuētio gl'oſa. ⁊ hec vt dr. fcā ē
p⁹ annos ducētos a reſurrectōe dn̄i. Jn euāge
lio Nicoꝺ. legiť q̄ cū Adā infirmareť. ſeth fili⁹
ei⁹ portas padiſi adijt. ⁊ oleū ligni mie q̄ patriſ
corp⁹ pungēt ⁊ ſanitatē recipet poſtulauit Cui
apparuit ar chāgel⁹ michael ait. Noli laborare
nec̄ flere ꝓ oleo ligni mie obtinēdo. qꝛ nullate
nus illō aſſeq̄ poter⁹ niſi qñ cōpleti fuerit q̄nq̄
milia annor̄. Et alibi legiť q̄ archāgel⁹ ramu
ſculū quēdā dedit ⁊ iuſſit vt in mōte libani plā
tareť. Jn q̄ꝺā ẏo hiſtoria grecor̄ addiť q̄ an=
gelus de lig̃ in q̄ peccauit adā ei tradidit dicēs.
qñ fructū faceret. pr̄ ſanareť. Rediēs igiť ⁊ pa
trem mortuū inueniēs. ipm ramū ſup tumulu
pr̄is plātauit. q̄ plātat⁹ in arborē magnam cre=
uit. ⁊ vſq̄ ad ſalomonis tēpa ꝓdurauit. Salo=
mon aūt tā pulcrā arborē ꝓſiderās. ipaz feč in=
cidi ⁊ in domo ſalt⁹ locari. Nuſq̄ tū vt ait ioh.
beleth. locari potuit. nec alicui loco apta repiri
valuit. ſz mō excedebat in lōgitudie mō deficie
bat in breuitate. Jō indig̃ti artifices ipaz re=
pbauerūt. ⁊ ſup quendā lacū vt eſſet pōs trāſeū=
tib⁹ piecerūt. Regia aūt ſaba dicta nicaula fm
ioſephū cū veniſſꝫ audire ſapiaz ſalomonis. et
pdictū lacū trāſire vellet. vidit in ſpū q̄ mundi
ſaluator in illo lig̃ ſuſpēdendus eſſꝫ. Jō ſup eo
tranſire noluit. ſed ipm ptin⁹ adorauit. Jn ſco
laſti. hiſto. legiť q̄ pdictū lignum in domo ſal=
tus vidit. cūq̄ ad domū veniſſet ſuā intentōez
intimauit Salomoni q̄ in illo ligno q̄ꝺā ſuſpē=
dendus eſſet. p cuius mortē regnū iudeorū de
leri deberet. Salomō igiť lignū inde ſuſtulit. ⁊
in pfundiſſimis terre viſcerib⁹ imergi fecit. po
ſtea ibidez pbatica piſcina fuit facta vbi nathi
nei hoſtias abluebāt. ⁊ nō ſolū ex deſcēſu ange
li ſed etiā ẏrute huius ligni tradiť ibi fuiſſe mo
tio aque ⁊ ſanatōꝫ infirmor̄. Appropinquāte
aūt xp̄i paſſiōe pdictū lignū ſupnatauit. qō cū
iudei vidiſſent ipm acceperūt ⁊ in crucē dn̄o p
para uerūt. eſtimātes ipm indignū pati i ligno
viridi. ⁊ ſic ipm in ea crucifixerūt. Mortuo āt
xp̄o ⁊ ſepulto crucem in terrā abſconderūt vbi
p ducentos annos ⁊ vltra latuit. Quibus com
pletis in tempe illo cōgregata eſt iuxta Danu=
bium mlt'itudo innumerabil'barbarorū volenſ
flumē tranſire. ⁊ oēs regiones vſq̄ ad occiden
tem ſuo dominio ſubiugare. Qō audiēs Cōſtā
tin⁹ impator caſtra mouit ⁊ ꝓtra danubiuꝫ flu=
uiū cū exercitu ſe collocauit Creſcēte igiť mul
titudie barbarorꝫ. ⁊ iā fluuiū trāſeūte. ꝓſtātin⁹
nimio tīore ꝓcutiť. videſ q̄ eēnt cū eo die craſti
no pliū cōmiſſuri Seq̄nti igiť nocte ab āgelo ſu
ſcitať ⁊ vt ſurſū reſpiciat admoneť. q̄ in celū re

ſpiciēs vidit ſignū crucis ex clariſſimo lumine factū ſris aureis hūc titulū hns ſcriptū. In hoc ſig vinces. Celesti igit visiōe ꝓfortat⁹ ſimilitudinem crucis fec̄ t añ exercitū ſuū ferri iuſſit. irruens in hoſtes ipos in fugā ꝓtit. t mltitudinem maximā int̄fecit. Quo facto ꝓſtantin⁹ oēs tēplorū pōtifices ꝓuocauit. t cui⁹ nanq; dei ſignū eſſet. diligēt inq̄ſiuit. Quib⁹ ſe neſcire dicentib⁹. Quidā xp̄iani venerūt q̄ t ſancte crucis myſteriū t fidē trinitat⁹ pleni⁹ narrauerūt. t ille in xp̄m credidit. t ab Euſebio papa. vel ꝑm alios a Ceſarienſi epo ſacrū baptiſma ſuſcepit. Mortuo Cōſtātino Cōſtāti⁹ eius filius mēor victorie p̄ris quā ⁊tute crucis habuerat Helenam int̄rem ſuā hieroſolymā miſit p xp̄i crucē i ueniēda. Que cū hieroſolymis veniſſz. oēs ſapiētes iudeorū cōgregauit. At illi nimiū formidātes. dixerūt ad inuicē. Quare putat⁹ q̄ regina nos faciat ad ſe ꝓgregare. Un⁹ aūt ex eis nomie iudas ait. Scio q̄ vult a nob diſcē vbi ſit lignū crucis in q̄ ihs crucifixus fuat. videte ne aliq̄s ſibi ꝓfiteri p̄ſumat. alꝫ lex nr̄a euacuabit̄. t paterne traditōes fundit⁹ deſtruent̄. Zacheus em̄ auus me⁹ nunciauit p̄ri meo ſymeoni. q̄ mihi mortē dixit. Uide fili q̄n inq̄rent̄ crux xp̄i ipſam manifeſta añq̄ alīq̄ patiar⁹ tormēta. nuſq; em̄ extūc gens iudeorū regbit. ſz illi q̄ crucifixū adorāt. q⁹ ipe xp̄s eſt fili⁹ dei viui. Cui ego p̄r̄mi. ſi vere p̄res nr̄i ipm filiū dei eſſe coguerunt cur ipm crucifixerūt? Rñdit. Nouit dñs q̄ nūq; in ꝓſilio ipo⁹ extiti. ſz eis ſepius contradixi Ut igit ipe phariſeorū vitia exprobrabat ipm crucifixer̄t. Sz ipe die tertia reſurrexit. t celos diſcipul' videntib⁹ penetrauit. In quez et Stephan⁹ frat̄ tu⁹ credidit. quē iudeorum veſania lapidauit. Cui iudei. Noſtalia nūq; audiuim⁹ ſane vſq; hodie. ſi q̄ inq̄ſitio facta fuit. vide ne oñdas. Vocati q̄ regia ſciſcitāte cū nihil veruz vellēt dicē. iuſſi ſunt oēs in ignē tradi. Et cuz timuiſſent tradiderūt iudā dicētes. Hic vir iuſti t ꝓphe fili⁹ q̄ nouit vbi crux iacet quā inquiris quē vocās regia dixit. Elige q̄d vis. vitaz aut mortē. Si vis viuē in celo t in t̄ra dic mihi vbi eſt abſcōditū lignū dñice crucis. Ille ait. Locuz nō noui. nec q⁹ ibi erā q̄n crucifixus eſt. et quō ſcire valeā. cū ducēti anni fluxerūt. t neq; illo tpe nat⁹ eſſez. Cui helena. Per crucifixū fame te int̄ficiā niſi dixeris mihi vitatē. Juſſit q̄ euz mitti in lacū ſiccū vſq; ad ſex dies ſine cibo quibus trāſactis clamauit de lacu. Obſecro vos ducite me. t ego oñdam vob crucē xp̄i. Cū igitur educt⁹ eſſz ꝓgebat ad locū vbi iacebat crux t leuauit vocē ſuā ad deū vt ſibi manifestaret. Statiq; cōmot⁹ eſt loc⁹ t mltitudo aromatici odoris aſcēdit. ita vt iudas diceret. In vitate tu xp̄e es ſaluato⁹ mōi. gr̄as tibi ago dñe. Naz licet indingus ſum. nō tñ me fraudaſti gr̄a tua Tūc accipiēs foſſoriū p̄ cinxit ſe t cepit fodere. Cūq; fodiſſet paſſus. xx. inuenit tres cruces. q̄s attulit in ciuitatē. Interrogauitq; regia que eſſz crux xp̄i. ſciebat ei alias eſſe latronū. Et ecce ferebat⁹ mortu⁹ circa horā nonā ſup quē ponebat duas crucel. t nō ſurrexit. ipoſita aūt cruce dñi mox ſurrexit. Tūc oēs q̄ aderāt gl'ificabāt deū. ſz diabol⁹ in aere vociferabat di. O Juda q̄d feciſti. Jude meo ꝓtraria opat⁹ es. nam ille me ſuadēte fec̄ ꝓditōz. tu aūt me renuēte ueniſti crucē dñi. p illū mltoz luct⁹ ſum aias. p te prodam iā lucratas. p illū regbaz in pplo. p te iam expelloz a reg̃. verūtñ vicē tibi repēdā. t cōtra te regē aliū ſuſcitabo. q̄ fidē deſerēs crucifixi tormēt⁹ te negare faciet crucifixū. Ille audiēs diabolū nō timuit. ſz dixit. Xp̄s te dānet in abyſſū ignis eṫni. Ꝑ⁹ hec iudas baptiſat t q̄riac⁹ appellat̄ t deſucto epo hieroſolymis epus ordiatur Cū igit̄ clauos regia ñ hret. rogauit q̄riacū vt clauos q̄rēt. Veniēs igit ad locū p̄ces fudit t clauos velut auz in t̄ra fulgētes repperit. q̄s recepit. t regie detulit. At illa eos cū mag̃ reuerētia ſuſcepit. Crucē g̃ ptē detulit filio Alliaz ꝓthec argēteis ꝓditā hieroſolymis dereliquit. ſit'r clauos portauit ad filiū. Ex q̄b⁹ vt refert eu ſebi⁹ ceſarienſ. frena q̄b⁹ vtebat ad bellū compoſuit. t alijs galeā ſuā ornauit. Rogē⁹ g̃ crucifixū. ¶ Sermo de ſcō Jobe añ portā latinā.

Dilectus me⁹ mihi t ego illi q̄ paſcit̄ int̄ lilia. ita ſcribit̄ Cā. ij. Solēt pentes nat̄ales ferAuidi⁹ diligē filios ingenio fortiores t ſapientiores. q⁹ t̄es ſunt leticia p̄ris. ꝑm illō. pū. x. t. xv Fili⁹ ſapiēs pa. leti. ſtult⁹ aūt eſt me. mris ſue. Et rō tal' pōt aſſignri. Ut dic Ari. j. metha. Oēs hoies natural'r ſcire deſiderāt. q⁹ vt idem. j. de aia dicit. Scia ē de nūero bonoz honorabiliū. Et exq̄ parētes ſunt illumiati. Jō appetūt b̄ in filijs hr̄e. q⁹ eis eoz ingeniū nolunt denegari. Jō filios amāt ſapiētes. Figura h⁹ hr̄. Geneſ xxxvij. de ioſeph q̄ erat puer valō ingenioſus t ſubtil'. iō p̄ alijs filijs a p̄re pl⁹ amabat̄. t ꝓp̄ hūc amorē ipi fratres eū in egyptū vēdiderunt Ita legit̄. xlj. Re. ij. Ex rex Dauid p̄ alijs filijs dilexit Salomonē. eo q⁹ eſſz ſapiētioz t iſtituit eū p⁹ ſe regē. Quia ꝺz Eccs. x. Ue t̄re cui⁹ rex puer eſt. oñdēs moribus t ſenſu. q⁹ ex h ſōditi in ſoleſcūt. Spūal'r dñs nr̄ ihs xp̄s eſt pater oim creaturarū. Ideo dicit Matth. xxiij. Patrez nolite vobis vocare ſup terram. vnus eſt enim pater veſter qui in celis eſt. Pater inquā miſericordie t totius cōſolatōis. h duodeci p̄ncipales habuit filios ſanctos ap̄los. ad quos dixit Job. xiij. Filioli mei adhuc modicū vobiſcum ſum. Int̄ illos filios. b. Jobes ingenio fuit ſagatioz. ita ꝓfunde ſcribēs ſuū euāgeliū q⁹ pau-

ci sunt q̄ ad vnguē p̄ñt explanare. Qz vt ait am
bro. sup bti ima. ✠go p̄m⁹ Johēs dū caput suū
sup pect⁹ iesu inclinaret, pfunda secreta sapien=
tie exhausit. Jō eū dñs p̄ omib⁹ alijs dilexit di
cens ad ip̄m ✠ba p̄dicta. Dile. me⁹ mi. ⁊ ego il.
In q̄bus duo innuunt. Primo familiaritas int̄
xp̄m ⁊ Johēm rōe singularis amor. Secōo ca=
stitas eiusdē electi ap̄li Joh. rōne cādoris et pu
ritatis. Primo h̄ tāgit familiaritas int̄ xp̄m ⁊ Io
hannē rōe amor singularis cū dicit. Dile. me⁹
mihi. s. est simil. ⁊ ego illi. iō ip̄m magis diligo.
Ibi nota ꝓm naturales ⁊ p̄cipue ꝓm Ari. viij.
Ethi. Naturaliꝝ vnūq̄q; se diligit suū sile. et
hoc est rō ꝓm Isi. qz amor ē vis causans vnio/
nem. q̄libet igit aial diligit magis suū sile. q̄a
amor nascit ex similitudine operationum ⁊ mor
Jō dr. viij. Eth. Moies eiusdē gēt ⁊ patrie. na
turaliē sunt aici. Jō refert amb. in hexa. ⁊ Ari.
ix. aialiū. q; aq̄la q̄ oia alta trāscēdit ⁊ clare so=
lem ꝓspicit. pullos naturaliē diligit q̄ sunt sibi
siles ad tale faciendū. q̄ eīm de pull⁹ suis clarius
inspicit solē sine lachrymatiōe oculoꝝ illos ma
gis diligit ⁊ p̄ alijs ꝓgatiuā in cibatōe facit.
Spūaliꝝ p aq̄lā xp̄s intelligit. qz sic aq̄la int̄ ali
as aues est regia ⁊ liberal. ita vt p̄dā raptā nō
comedit sola. imo eā q̄si cōem sequētibus diui=
dit. nisi nimia fame arceat. vt dic̄ Poli. in spec.
na. Sic xp̄s est rex regū ⁊ dñs dñantiū Apoc.
xix. Et est liberal. qz oia aialia pascit. ꝓm illud
ps. cxxxv. Qui dat escā oi carni. Sz p pullos
ei⁹ ap̄li designāt. Quorū q̄dam debilitati visu
mētis. nō potuerūt clare intelligē scripturā. vt
ptz in mltis locis sci euāgelij Matth. xxv. Ad
huc vos sine intellectu estis. Int̄ illos tñ fuerūt
duo Petr⁹ ⁊ Johēs q̄ acie oculorū suorū acute
✠terūt in xp̄m verū solē iusticie. Nam petrus
ait Matth. xvj. Tu es xp̄s fili⁹ dei viui. huic
xp̄s fec̄ ꝓgatiuā cōmendādo sibi oues suas
pascēdas. Joh. vl. Pasce oues meas. Et i hoc
ip̄m p̄ncipē ⁊ papā eccl̄e sue fec̄. Johes etiā to=
tum cor ⁊ oculos ad xp̄m ✠tit. ⁊ vltra alios se
erexit. Teste augl. Erexit se Johēs. nō solū sup
terrā sz sup oēm ambitū aeris ⁊ celi. ⁊ etiaz sup
exercit⁹ angelorū. oēmq̄ ꝓstitutōz inuisibiliuz
potestatū. ⁊ pueit ad eū p quem facta sunt oia
hec ille. Jp̄e tā acute intuit⁹ est ✠bū eternuz. q;
de h̄ mirat. b. Hiero in ꝓlogo biblie. ca. iiij. di.
Johēs rustic⁹ piscator indoct⁹. ⁊ vñ sibi illa vox
In p̄ncipio erat ✠bū tē. h̄ doctus Plato nesci
uit. h̄ domestenes eloquēs ig̃rauit. Jō de eo ca
nit eccl̄a. Volat auis sine meta. q̄ nec vates nec
ꝓpha euolauit alti⁹. Jō xp̄s dilexit ip̄m magis
tāq̄ sibi cōformiorē. eiq̄ plēs ꝓgatiuas ostē
dit. Prima q̄dē in ei⁹ nature cōiūsione. Et h̄ in
duob⁹. Primo qz vocauit eū in iuuētute. de q̄ dr
Mat. iiij. Vidit ihs duos fratres Jacobū ze=
bedei ⁊ Johēm fratrē eius. ⁊ vocauit eos. Illi
aūt stati relict] retibus secuti sunt eū. Sic xp̄o i
iuuētute nos vocāte. stati obedire debem⁹ ⁊ ip
sum seq̄. Et vere btūs ille hō esset q̄ cū btō Jo=
hāne xp̄m in iuuētute sequeret. Qz bonū ē vi=
ro cuz portauerit iugū domi ab adolescētia sua
Thren. iij. Secōo vocauit eū a nuptijs ✠ginez.
De h̄ dicit Hiero. in ꝓlogo sup euāgeliū eius.
Iste q̄dem est Johēs quē dñs de fluctiuago nu
ptiarū vocauit. Cui matrē ✠ginē ✠gini cōmen
dauit. Secūdā ꝓgatiuā oñdit sibi in die cene
⁊ h̄ in duob⁹. Primo cū sibi reuelauit p̄ditorem
Joh. xiij. dicēs. Cui intinctū panē porrexero.
Et h̄ fuit signū feruentis amor q̄ ei tale secre=
tum ⁊ nō petro vl̄ alio reuelauit. Qz sciuit xp̄s
scriptū esse Prouē. xxv. Causam tuā tracta cuz
amico tuo. i. singulari. ⁊ secretū exneo ne reue=
les. Secūdo qz recubuit supra pect⁹ dñi. ō quo
ipe dicit Joh. xiij. Unus erat recūbens in sinu
iesu quem diligebat iesus. Fecit eīm xp̄s cū Jo
hanne sicut duo amatores p̄cipue q̄ se sedule ā
plectunt. vt sic corda socient de q̄bus procedit
talis amor. Tertiā ꝓgatiuā ostēdit ei in pas=
sione. ⁊ hoc in duobus. Primo qz cōmendauit
sibi matrē. Joh. xix. Ecce mater tua. Et in hoc
vt dicit Hiero. fuit thesaurius xp̄i. Nam cum
omnē substantiā diuideret. s. corpus Nicode/
mo ⁊ ioseph. animā patri. eccl̄am Petro. mr̄ez
suā commendauit Johanni. Et sic in sua custo
dia habuit thesaurū gr̄e fontē miſicordie ⁊ vi/
num celestis vite. Si ergo vis ditari. hunc the
saurū pete a Johāne. Secūdo qz ip̄m tanq̄ fi=
liuz charissimū matri cōmendauit dicēs ad ma
trem. Ecce filius tuus. Fecit eīm christus ad in
star regis terreni filiū dilectū habētis. quez cuz
vult recedere nō cōmendat vilibus in castro. sz
sue dilecte potius matri si adhuc viuit. vel alio
charioꝛi. Quartā ꝓgatiuā ei oñdit in p̄dica=
tione. ⁊ hoc in duobus. Primo in miraculorūz
operatione. quia mortuos suscitauit. vt patet de
drusiana. ⁊ de his quos Aristodemus veneno
pemit. Secūdo in ✠borū altitudie. quia p̄ cete
ris altius scripsit. sicut illud. In p̄ncipio erat ✠
bum. vbi dicit Hiero. Si parū altius intonuis=
set. totus mūdus eū capere nō potuisset. Quin=
tam ꝓgatiuā ostēdit ei in passiōe. ⁊ h̄ in duo=
bus. Primo q; ip̄m a morte gladij voluit ꝓser=
uare nec penā crucis sustinuit. ꝓm illud Joh̄ā.
vltimo. vbi dixit dñs. Sic eū volo manere do
nec veniā. Secōo q; feruorē olei nō voluit eum
sentire. De quo habet in legēda. Johēs ap̄ls et
euāgelista cū epheſi p̄dicaret. ⁊ a p cōsule capi
pitur ⁊ vt dijs immolaret inuitat. q̄ dū renuit in
carcē mittit. ⁊ ad domitianū ipatorē ep̄a mitti
tur. in q̄ magn⁹ sacrileg⁹ deoꝝ ꝓfēptor. ⁊ crucifi
xi cultor. h. Joh. noiat. Jussu igit domitiani
romā deducit. eiq; oēs capilli p derisiōe p̄scin
dunt. ac ante portam vrbis q̄ latina dicitur in

doliū feruentis olei igne desubꝫ candente. mitti iubeꝫ. sed nullum dolorē ibi sensit. sed penit⁹ exiuit illesus. Jō in ꝟ loco eccl'a xp̄ianis fabricaꝫ. ⁊ dies illa tāq̄ dies sui martyrij celebratur Sextā p̄rogatiuā oñdit ei in morte. ⁊ ꝟ in duobus. Prio q̄ mortē ei reuelauit dicēs. Veni dilecte mi ad me. q: tps est vt in mēsa cū fratrib⁹ tuis exultes Et cū surgēt ⁊ p⁹ eū ire vellet. ait. Hñica die ad me venies. Sz de nob dicit illō. Eccēs. ix. Nescit hō finē suū. Secdo q̄ nō sensit dolorē mort⁹ q̄ tñ est oim terribilium terribilissima. vt dicit Ari. iij. ethi. Jō dicit. b. Hieron⁹. Btūs Job. tā a dolore mortis extitit exne⁹ q̄ nosciꝫ a corruptōe carnis alien⁹. Septima p̄rogatiua fuit p⁹ mortē. ⁊ ꝟ iterū in duob⁹. Prio q̄ eū xp̄s cū alijs psonaliꝫ añcessit in celū. ⁊ ipe fuit vltim⁹. Jn morte q̄z in sepulchro ei⁹ inueniꝫ mānā scaturire in signū incorruptōis. Jōo de ipo pōt exponi illō ps. xv. Nō dab sanctum tuū vi. cor. Quantū ad secūdū in ꝟbis p̄missis innuiꝫ ipius iobis puritatis cādor. cum sbdiꝫ. Qui pascit inꝫ lilia. s. puritatis. sic vnuz ex illꝭ. Circa q̄d notādū fm autore p̄pe. li. xviij Liliū est herba lactei color⁹ ⁊ hz candorem ⁊ mitigat seu sanat dolorē. Sic. b. Job. habuit candorez puritat⁹ ⁊ mūdicie. q: ē ꝟgo electa⁹ ⁊ in euū ꝟgo pmānsit. ⁊ hāc puritatē habuit a xp̄o vero sole. Ut dr Sap̄. viij. Nō possuz esse ꝯtinēs nisi deꝰ dederit mihi. Et q̄to ꝑpinqui⁹ fuit xp̄o tanto cādidi⁹ emituit. Ut videm⁹ naturaliꝫ q̄ aliꝫ recipiūt pulchritudinez a celo aliꝫ a sole corpa p̄pinq̄ aut remota. Corpa em̄ ꝑpinq̄ a celo recipiūt claritatē. nō solū exteri⁹ in superficie. sz etiaz interi⁹ vt ignis vt aer. Terra aūt q̄ ē remota a sole min⁹ depuraꝫ ceteris elemētis. Sic. b. Job. q̄ ꝑpinq̄or fuit vero soli xp̄o p speculatōz ꝑfundam. iō ꝟtuosuz retinuit cādorē puritat⁹. Sed hoies terreni q̄ se raro subleuāt ad verū solē. licet exteri⁹ luceāt p bonā ꝯsatōz. tñ interi⁹ manent tenebrosi. Secdo. b. Job. habuit candorez sapie. ⁊ ꝟ est cādor lucis eꝫne. i. dei Quia omis sapia a dño deo ē. quā abūdāꝫ tribuit. b. Jobi fm illō Ecci. xv. Jmpleuit eū dñs spū sapie et intellect⁹. Jlle em̄ est aliꝫ salomō cui deꝰ tribuit tātā sapiam. ita vt excederet sapiaz oim oñēta liū ⁊ erat sapiētior cūct⁹ hoib⁹. vt dr. iij. Re. iiij ⁊ bñ possum ꝟ dicē de Jobe. Ut fm. b. aug⁹. Celestis haustū sapie ceteris alti⁹ potauit ō pectore xp̄i. in q̄ sunt oēs thesauri sapie ⁊ scie absconditi. ad Col. ij. Tertio. b. Job. habuit cādorez innocētie. q: mala oia in mānsuetudie sustinuit. ⁊ nō mordaciꝫ ⁊ iracūde murmurauit. Ut dicit Euax de sigillꝫ lapidū. q̄ liliū extinguit irā ⁊ discordiā vniūsam. Et rō h⁹ est. q: extinguit cunctas colericas passiōes. vt dicit Auiē. Fōs aūt ire est sanguis ⁊ colera. Sic. b. Job. ꝟtute candoris innocētie ⁊ patie extinxit i se oēs mot⁹ ire ⁊ nō solū in se sz etiā in alijs q̄s ad mititatez aie reduxit. Sic ptz de pontifice idolorū aristode. quē vidēs ex p̄dicatōe sua iratū. ipm bibitione veneni placauit. vt ptz in legēda. Secdo lilium hz odorē quē lōge lateq̄ diffūdit. ⁊ marie q̄n a vēto agitaꝫ. Sic. b. Job. fuit mꝫte redolētie. ⁊ marie in vēto tribulatōis. Naz cū in doliū feruentis olei missus fuisz. diffudit de se odorē vt credit bñdictōis cū ps. xxxiij. dicēs. Bñdicaz dñm in oi tpe. s. etiā tribulatōis. sp laus eius in ore meo. Nō sufficit sicut mō impatiētes q̄ ad modicā p̄secutōz vel tribulatōz emittunt de se fetorē maledictōis ⁊ detractōis. ⁊ sic⁹ sunt ardec. de q̄ dicit Jsi. li. xij. q̄ in aq̄ stare cōsueuit q̄rens piscic⁹los q̄s comedit. ⁊ tūc est bōe mēt⁹ si aūt ab accipitre vel alia p̄dante aue p̄sequiꝫ. in aere volās emittit stercora. ⁊ sic fetorē ipsum retardat p̄sequentē. Sic ⁊ illi cū audierint eis aliquē detrabentē. stati ad alta supbie rapiuntur. ⁊ a tergo emittūt stercora detractōis. de q̄bus dicit Job. xix. Cū ab eis recessissem detrahebāt mihi. Sz sic nō fecit. b. Job⁹. q̄ būit odorem patie cū grārū actōe mala sustinēdo. Tertio liliū mitigat dolorē. q: dicit Bartho. in p̄ma p̄actica. q̄ mēbra igne lesa liliū sanat. quia succus ei⁹ est maturatiu⁹ ⁊ sanatiu⁹ adustionis apostematū ⁊ tumorū. Uel fm auctorē p̄pe. li. xvij. Liliū ⁊ folia eius decocta ⁊ imposita vicz ad loca cōbusta dolorē mitigat. Sic corda būana cupiditate lesa sanat. b. Jobs. q̄ tā sedule et ardenꝫ ꝯtra auariciā p̄dicauit dicēs illud Senece ad Lucillū in epl'a. Nēo est deo dign⁹ nisi q̄ opes ꝯtempserit. q̄si dimittēdo inordinatum amorē. Et ꝟ ptz in duob⁹ iuuenib⁹ auaris in legenda. Jtē liliū emollit. valet em̄ ꝯtra duriciez splenis. si eius succ⁹ oleo veteri admixtus ⁊ bñ coctus splenis tergio inungaꝫ. Sic. be. Jobes emollit ad pietatē quorū cor induratū erat quasi lapis. Job. xlj. Et p se miserias hoim non solum spūales sz etiā corpales releuauit. Nā gēmas valde p̄ciosas q̄s Craton phs ob mōi gloriam in foro frangi fecerat. fcā oīone solidauit ⁊ illꝰ venditis p̄ciū pauperibus erogauit.

¶ Sermo in die pentecostes.

DE excelso misit ignem in ossibus meis ⁊ erudiuit me. ita scribiꝫ Threñ. j. Valō necesse est hom̄i q̄ vult ire ad alienaz regionem. vt habeat bonū cōductorē. ⁊ pbaꝫ i natura irundinū. que cum volunt ire ad maris insulam hyeme aduenīente. simul in magna mꝫtitudine cumulantur circa litus maris. ⁊ nō statim volant per mare nisi venerit eis bonus ductor. ⁊ iste est ventus flans qui directe eas pellit ad insulas quas tendunt. ⁊ nisi statim ventū huiusmodi habebunt. iter non statim arripiūt

B paul' ante dictus ē Saul' a saul supbo rege. sz post cōuersionē dict' est paulus quasi paruus a modico ⁊ humili spiritu. Sed pōt beat' paulus saulo regi in aliquib' cōparari. Primo ppter sācte ecclie p ipō petionē faciēte. j. Regl. vij. quādo saul petit' est in regē cōgregati sūt vniuersi maioꝛes natu israel ad Samuelē ⁊ dixerūt Ecce senuisti. ⁊ filij tui nō ambulāt i vijs tuis. cōstitue nobis regē vt iudicet sup nos sic vniuerse habēt nationes. Samueli autē displicuit sermo iste ⁊ oꝛauit ad dñz ⁊ pdixit eis ius regis filios vꝛos tollet ⁊ faciet sibi eq̄tes. sz no luerūt audire eū ⁊ dixerūt. nequaq̄z. rex erit super nos ⁊ pugnabit p nobis bella nꝛa. Et samuel dedit eis Saul in regē. Quid p populuz israel nisi vniuersitas xp̄ifideliū q̄ vident deuz p fidem designaꝛ. hi cōgregati sunt vnanimiter in oꝛationib' suis ad samuelē q̄ interp̄tatur postulatus significans xp̄m. q̄ ante aduentum suū a pphetis sanctis fuit instanter postulat'. ⁊ petebāt ip̄m vt daret eis regē. hoc est ecclie fidelē rectoꝛem beatū paulū q̄ pꝛius erat ecclie ferus deuastatoꝛ. Et pcipuus qui hoc petiuit fuit beatus Stephan' q̄ p ipō sollicite oꝛauit quādo lapidantiuz vestimenta seruauit. et pie credenduz ē. q Paulus pcibus Stephani est factus ecclesie defensatoꝛ ⁊ rectoꝛ. Illud etiaz declarat beatus Aug' in sermone de sctō Stephano dicens: Ut noueritis quantū valuerit oꝛatio sancti stephani. recurrite nobiscū ad illum adolescentē nomie Saulū qui cū sanctus Stephan' lapidaꝛet oīuz vestimēta seruabat ⁊ tanq̄ manib' eum lapidabat. Cui xp̄s dixit cōtra talia mala que cōmittis in me ob hoc quidem olim debui pdere te. sed Stephan' meus oꝛabat p te. Et infra. Si stephan' martyr nō oꝛasset paulū ecclesia nō habuisset. sed ideo deterra est paul' erect'. quia in terra inclinat' exauditus est stephan'. hec Aug'. Ex illo dicto elucet manifeste q recte sicut saul petit' est i regem. sic paulus postulat' est in rectoꝛē. Samuel aūt hoc est xp̄s vocem audiuit postulantiū. ⁊ dedit eis paulū in rectoꝛē. quādo ip̄m de lupo fecerat agnū. de pditoꝛe seuissimo p̄dicatorem fidelissimuum. vt habet Act̄. ix. Hz quia decet ecclie rectoꝛē esse sapientez. Ideo chriſt' ver' Samuel instruxit eum. sicut samuel saul de populo regēdo. ideo dicit ad Gal'. j. Notuz vobis facio fratres euangeliū q̄d euāgelizatū est a me. qꝛ non ab homie accepi illud. sed per reuelationē iesu xp̄i. Secūdo compatur saulo ppter vite pfectionem. quia legitur de saul. j. Regl. xiij. q i pncipio sui regni ⁊ sue vnctiōis multum pfecit in vtute. etiam dicit ibidē saul erat puer vni' anni cum regnare cepisset. qd̄ exponens Nicola. de lyra dicit. Hoc est erat ita innocēs ⁊ purus a peccato sicut ē puer vni' anni. quia dom̄in' dedit sibi grām iustificātē ip̄m disponēs ad suum officiū exercenduz. ⁊ ipe nō posuit obicem diuine sapiētie ⁊ gratie p tūc licet postea fact' est malus. Ita beatus paul' statim in pncipio sue cōuersionis non modicū p fecit in virtute. sz multū. quia statim pdicauit chriſtū quē pus psequebatur. Act̄. ix. q igressus in sinagogas pdicabat dominū. quoniam hic est fili' dei. ⁊ hoc fuit statim post baptismū Et sequit ibidez. Paulus autē magis cōualescebat scz pcedens de bono in melius ⁊ cōfundebat iudeos qui habitabāt damasci affirmās quoniā hic ē xp̄s. Ex aūt in tota vita pficiebat in bono ⁊ salubꝛi fine terminauit ipse testaꝛ dicens: Bonū certamē certaui. cursuz consūmaui. in reliquo reposita est mihi coꝛona iusticie quā reddet mihi dñs in illa die iustus iudex. ij Timoth. ij. Utinā ⁊ nos hunc beatissimū apostolū in hoc seq̄remur peccata dimittēdo. i bono pficiendo. ⁊ cursu bono vitam nostrā finiēdo. vt q̄libet nostrū dicere posset. bonum certamen certaui. Sed heu q̄dam nostrū inchoant i pncipio virtutes sectando. sed in fine male terminando. Recte sicut rex Salomon qui dum esset iuuenis fuit vtuosus ⁊ sapientiā a deo petiuit vt posset regere populū suū. vt habet. ij.

Sermo

Regl.iij. Ex postq̄ senuit cor ei⁹ fuit deprauatū ꝙ mulieres vt idola adorar̄et q̄ pri⁹ vex deū isrl̄ adorabat.iij. Regl.xj. Sed vtiq; scriptū ē q̄ pseuerat in finē hic salu⁹ erit. Matth.xxiiij. Tertio cōparat saul ꝓpter ꝑfectionē. qz legit de saul.j. Regl.ix. ꝙ erat ō tribu beniamin electus ⁊ bon⁹. ⁊ non erat vir de isrl̄ melior eo. ab humero sursum eminebat sup oēm ꝑplm. Sic beat⁹ paul⁹ fuit ō tribu beniamin vt ipe testat ad Phil̄.iij. Et fuit vas electū ⁊ bonū. Juxta illud Act̄.ix. Vas electionis ē mihi iste vt portet nomē meū cor̄ gentib⁹ ⁊ regib⁹ ⁊ filijs. Q̄ etiā fuit optim⁹ in oi ꝑplo declarat Chry. in libro de laude Pauli dicens. Nihil ꝑsus erauit q̄ ꝑatū quoddā insigne ꝯtutū ⁊ paradisuz spūalez Pauli animā nūcupauit. ⁊ subdit ostēdens ꝙ ipe omnia bona ꝑiorū sanctorū habuit ⁊ ipos excellit. vt habeā in ꝯmōe Beniamin lup⁹ rapax. vt ptz de ei⁹ ꝙuersione. Quarto cō paratur saul ꝓpter ei⁹ feruētē dilectionē. qz legit de saul ꝙ erat feruens amator sibi cōmissorū. vt habet̄.j. Regl.xj. Luz Naab amonites viros Jabes obsedit miserūt illi nūcios ad iudeos vt eis auxiliū ꝑstarent. ⁊ hi nūcij etiā venerūt ad saul q̄ iam erat rex electus. Cum igit̄ venissent nūcij venit saul de agro sequens boues. ⁊ illi narrauerūt ei. ⁊ insilyt spūs domini ī saul. ⁊ irat⁹ est furor ei⁹. assumēsq; bouē conscidit in frusta ⁊ misit in oēs terminos filiorū isrl̄ ꝑ nūcios dicēs: Quicūq; nō exierit ⁊ secutus fuerit saul. sic fiet bobus eius. Inuasitq; timor dñi populū. ⁊ cōgregati sunt tricēta milia filiorū isrl̄. sed ⁊ filiorū Juda triginta milia. ⁊ cum istis saul populū suū liberauit. Ita beat⁹ paulus feruidus erat amator populi sui comissi. et plusq; saul. qz plerūq; opus ꝓpriuz deserebat ⁊ ꝑdicationi insistebat vt solū peccatores a potestate Naab. hoc ē a serpente infernali liberaret. Dicit enī Haymo. a pullor cantu vsq; ad ḡntam horam labori insistebat manuū. deinde ꝑdicationi vacabat. ita vt plerūq; vsq; ad noctem sermonē ꝓtrahebat. De eius amore erga populū legit̄ qđ Johes Chry. in libro ō laude Pauli dic̄. Ut ferrū in ignē missum totum ꝓfecto ignis efficit̄. Sic paul⁹ charitate succēsus effectus ē tot⁹ charitas. Qui ḡsi cōmunis toti⁹ mūdi esset pater. ita in amore horuz ⁊ ipos eorū imitabat̄ parētes. imo cūctos non solū carnales sed etiā spirituales sollicitudine. ac etiaz pietate superabat. Omnē enī prorsus hominē deo exhibere cupiebat. quasi enī vniuersuz orbem ipe genuisset. sic omnes in dei regnū festinabat inducere. corpus ⁊ animam ꝓ his quos diligebat impendēdo. Sicut ⁊ ipe testatur. ij. Cor̄.xij. Ego libēntissime impendā ⁊ sz nō soluz spūalia. sed etiā tēporalia ⁊ supimpendar moriendo ꝓ animab⁹ vestris. Refert etiā Greg⁹ turonensis ꝙ etiā quendaz desperatū a diabolo liberauit dicēs: ꝙ q̄dam desperās laqueum sibi parauit nomen tamē pauli desperādo semper inuocabat dicēs: Adiuua me sancte paule tūc affuit quedā vmbra squalida hortās eū dicens: Eia vir bone age qđ agis ⁊ morā ne feceris. At ille semp parans laqueū dixit Beatissime paule adiuua me. Expedito iam laqueo affuit alia vmbra tāq; hoīs dicens illi q̄ hominē hortabat̄: Fuge miserrime qz paul⁹ aduocat⁹ venit. tūc squalida vmbra euanuit. ⁊ homo ad se rediēs laqueū in terrā ꝑiecit ⁊ penitentiā cōdignam suscepit. Quinto cōparatur saul ꝓpter deploratiōnē. Nā legit̄.ij. Regl.j. ꝙ saul mortuus est ⁊ a dauid deplanct⁹. Naz cū audisset mortē saul ⁊ Jonate apprehēdens vestimenta sua scidit in signū tristicie. ⁊ omnes viri q̄ erāt cum eo plauerūt ⁊ ieiunauerūt vsq; ad vesperā Sic mors beati pauli a viris sanctis ⁊ mulieribus deuotis deplorata ē ⁊ ꝑcipue a discipulo Dionysio q̄ in epl̄a ad Thi. dicit. Quis dabit oc̄lis meis aquas ⁊ pupillis meis fontē lachrymarū vt plorē die ac nocte lumē eccl̄ie. qđ extinctū est. Quis non induet gemitū. aut nō vestiat̄ lāguoribus ⁊ mēte attonit⁹ nō obstupescet. Ecce enī Petr⁹ fundamentū eccl̄ie. glia sanctorum apl̄oz a nobis recessit. ⁊ nos orphanos dereliq̄t. Paulusq; gētiū familiaris. cōsolator paupez deficit nobis ⁊ vlterius non inueniet q̄ fuit pater patrū. doctor doctorū. pastor pastorum. Abyssum sapiētie. fistulā altisonā. ꝑdicatorem veritatis. infatigabilē dico paulum nobilissimū apostolū. Hic angelus terrestris ⁊ homo celestis. imago ⁊ similitudo deitatis ⁊ spiritus septiformis omnes nos dereliquit. nos inquā inopes ⁊ indignos in hoc mūdo contēptibili ⁊ maligno ⁊ ingressus est ad dominū deuz suuz ⁊ amicū. Heu frater mi Timothee dilecte aie mee. vbi ē pater tuus mgr̄ ⁊ amator. Ān te salutabit. Ecce enī orphanus fact⁹ es ⁊ sol⁹ remāsisti. ⁊ infra Ubi ē cursus pauli ⁊ labor sctōrū pedū ei⁹. vbi ē os loquēs ⁊ lingua ꝓfulgēs et spūs bñplacēs deo suo. Quis nō ploret ⁊ vlulet. Naz q̄ meruerūt gl̄iam apud deū. tanq; malefactores tradūt̄ in mortem. Ue mihi quoniā in illa hora intuitus sum corp⁹ sanctū sanguie inocenti cruentatū. Heu mihi pater mi doctor ⁊ magister non q̄dem reus tali morte extitisti. Nunc ergo quo ibo te querere christianor glo ria et laus fidelium. Quis cōtitescere fecit vocem tuam. fistula eccl̄iarū. fistula altisona per lectrū psalterij decacordi. Ecce introisti ad dominū deuz tuū quem desideraſti ⁊ toto affectu concupisti. hec ille. Nos siquidem etiaz hodie debemus partim flere partimq; gaudere. Flere quidem. quia de terris recessit tam egregius ꝑdicator ⁊ gentium illustrator. gaudere vero

quia ad christum abijt vt sit p nobis sedulꝰ imꝑorator. Ideo clamare debemus ad ipsum et dicere illud quod canit ecclesia. Sancte Paule apostole ꝓdicator veritatis ⁊ doctor gentiū intercede p nobis ad deum qui te elegit. ⁊ hoc quo ad primum. Vtrum ad secūdum cōmendā-
E tur a mortis insep̄abilitate. cum dicit. in morte non sunt diuisi. Circa quod notāduꝫ dicunt naturales q turtur cum suo pari semel in dilectione federata. amodo simul manēt. simul volant. ⁊ sedent: donec morte corꝑoraliter sep̄arā tur. ⁊ hoc est magnuꝫ signū amoris naturalis. Per turturem hic intelligitur beatus Petrus quia recte sicut turtur semp gemit. sic ipe fuit i cōtinuo gemitu post peccatum. Hic semel sociatus in dilectione Paulo pari suo quo ad meritum. vt dicit. ij. q. vij. paulus. Nunq̄ voluit ab eo separari per desideratā charitatez q̄uis essent interdū localiter sepati. Nec etiā in morte sunt diuisi. quia dicit Pelagius papa ⁊ habetur dis. xxj. c. q̄uis. ⁊ dis. xxij. Sacro. Qᵗ eadem die eadez hora sunt occisi sub Nerone imperatore Anno. xiiij. imperij eius. Sed vt ait Vincentius in speculo histo. lib. ix. c. ix. q hoc vicesimoquinto anno fuit a promotiōe Petri in sedem romanam. ⁊ vicesimonono a cōuersione sancti Pauli. Ideo canit ecclesia. Gloriosi p̄incipes terre quomodo in vita sua dilexerunt se ⁊c. Ad hoc etiam q simul passi sunt sonat dictum beati Dionysij in epistola ad Timoth. dicēs: O frat Timothee si vidisses agones consūmationis eorum defecisses quidem p̄ tristicia ⁊ dolore. quis non fleret illa hora quādo p̄ceptum sententie egressum est in eos vt Petrꝰ crucifigeret. et Paulus decollaretur. vidisses tunc turbas iudeorum ⁊ gentilium p̄cutientes eos ⁊ expuentes in facies eorū. Aduenīēte autem terribili tēpore cōsūmationis eorum cū separētur ab inuicem. ligauerunt columnas mūdinon vtiq̄ absq̄ fratrū gemitu ⁊ plāctu Tūc ait Paulus Petro. Pax tecum fundamentū ecclesiarum ⁊ pastor ouium ⁊ agnorū dei. Petrus autem dixit ad Paulum. Vade in pace p̄dicator bonorum morum. mediator ⁊ dux salutis iustorum. Cūq̄ elongassent eos ab inuicē. secutus sum magistrum meuꝫ. non enī in eodē vico eos occiderūt. hec ille. Nec etiā post mortem sunt ab inuicem diuisi. quia idem Dionysius in eadem ep̄la ad Timoth. dicit. Presto erā in die victimationis eorum ⁊ post mortem illorum vidi eos inuicem manu ad manum intrātes portas vrbis indutos veste luminis ⁊ coronis claritatis et lucis ornatos. hec ille. Et nunc ineternum nunq̄ ab inuicem diuidentur. sed summa pace et claritate perfruentur. Quomodo Paulus ad hāc peruenit gloriam. patet in legenda.

Sermo tertius de eisdem aplīs.

FEcit deus duo luminaria magna ⁊ posuit ea in firmamento. ita scribitur Geñ. j. Dicunt naturales ⁊ videmus ad experientiam q firmamentum est multis luminaribus multuꝫ decēter ornatuꝫ. inter q̄ sūt maiora ⁊ clariora sol ⁊ luna. quia ꝑm Ambro. in exame. Sol est oculus mūdi. iocūditas diei pulchritudo celi. Et luna est decor noctis emulatrix solis. ⁊ dominatrix maris. Mystice. sic A
sancta mater ecclesia multis est sanctis doctoribus illustrata ⁊ ornata qui dicūtur luminaria mundi. Juxta illud Matth. v. Vos estis lux mundi. Inter hec tamen sunt maiora ⁊ lucidiora lumina beati apostoli Petrꝰ ⁊ Paulꝰ. De quib⁹ dicit Apoc. xj. Hi sunt duo candelabra lucentia ante dominum. Per solem qui est rex planetarū diem illuminans ⁊ iocūditatem ei p̄stans Petrus intelligitur qui est p̄nceps ⁊ caput omniū apostolorū. vt habet. ij. q. vij. Puto. Et fuit illuminator diei. hoc ē populi iudeorum. in quo fuit lux fidei ⁊ legis diuine. p lunā que est illuminatrix noctis ⁊ decor Paulus intelligitur. quia fuit decor populi gentiliuꝫ in q̄ erant tenebre ignorātie ⁊ infidelitatis. quas tenebras ab ip̄is depulit ⁊ lumen fidei infudit vt de ip̄o verificari possit illud Esa. xlix. Dedi te in lucem gentium. Ideo figurati sunt Geñ. j. vbi legit. q deus fecit duo luminaria magna luminare maius vt p̄esset diei ⁊ luminare minus vt p̄esset nocti. vbi p lumiare maius ad p̄sens intelligit Petrus qui erat maior in dignitate papali ip̄o paulo. vt habet i cano. ij. q. vij. paulus. Sed p lumiare minꝰ ad p̄sens paulꝰ intelligitur qui paruꝰ fuit in humilitate. ſz magnus in sanctitate ⁊ p̄dicatione. ꝑm q canit ecclesia. Magnus sanctꝰ paulus vas electiōis. ⁊ hoc etiam volunt v̄ba p̄libata. Fecit deus duo lu-
minaria magna. In q̄b⁹ v̄bis a duob⁹ collaudantur. Primo ratione maioritatis. ibi. Fecit deus duo lumiaria. Scōo rōne firmitatis. ibi. posuit ea in in firmamēto. De p̄imo est notāduꝫ dicunt naturales. stelle i firmamēto situate sūt magne ⁊ multuꝫ excellentes. quia minima stella visu notabilis. ē maior tota t̄ra. tū sol ⁊ luna magis p̄emiēnt in quātitate ⁊ maiora nob apparēt. ⁊ multo fortius illuminat q̄ aliqua aliarum stellarū vt videmus. Sic spūaliter in ec- B
clesia sūt ⁊ fuerūt multa ⁊ magna spūalia lumina sancti doctores ⁊ ap̄li. ſz inter illos p̄eminēt petrus ⁊ paulus recte sicut sol ⁊ luna iter alia astra. Teste Amb. in sermo. hodier. festiuitat. Beati inq̄t petrꝰ ⁊ paulꝰ eminēt inter vniūsos ⁊ peculiari q̄daꝫ p̄rogatiua p̄cellunt quē inter eos alteri p̄ponā incertū est. Puto enim illos equales meritis q̄ sūt equales passione. Et si li

eos fidei deuotione vixisse q̃s similes videm⁹ ad martyriꝫ gloriam peruenisse. Nõ enī sine causa factum putam⁹ q̃ vno die vno in loco vni⁹ tyrãni tollerauē sentẽtiã Uno die passi sunt vt ad xp̃m pariter peruenirẽt. vno in loco ne alteri roma deesset. sꝫ vno psecutore. vt equalis crudelitas vtrũq; cõstringeret Dies ergo p̃ merito. locus p̃ gl̃ia. psecutor aũt idem decretus ē p̃ ✠tute. hec ille. Et in quo tandez loco martyriũ ptulerunt. qz in vrbe roma q̃ ꝑncipatum et caput tenet nationũ. Qua autoritate claret q̃ sint magni quo ad martyriũ ⁊ quo ad locũ Jõ cum dicit. Fecit deus duo luminaria. est sciendũ. q̃ p̃ solẽ ⁊ lunaz hi duo discipuli recte designant multiplici de causa. Primo rõne eccli/ psis. qz videm⁹ naturaliter q̃ sol interdũ patit ecclipsim. ⁊ hoc fit in cõiunctione nouilunij cũ corpus lunare interponit inter solẽ ⁊ aspectuz nostrũ. ⁊ sic videt obumbrari. Idem videm⁹ i luna. qz recipit lumẽ a sole. ⁊ quãtũ a sole nõ illuminat tantũ ecclipsim patit. sicut quãdo terra interponit inter solez ⁊ lunã. Tãtũ enī luna obumbrat. quãtũ solis lumẽ occultat. vt aiũt omnes naturales. Sic ista gloriosa lumia ecclipsim passa sũt. Petr⁹ quado xp̃m negauit. tũc peccauit mortaliter ⁊ obumbrat⁹ fuit. ⁊ hoc p̃dixit Johel ꝓpheta. c. ij. Sol cõuertet in tenebras anteq̃ veniet dies dñi scz passionis. quia ante passionẽ xp̃m negauit. vt habet Matth. xxvj. ⁊ habetur trãsumptiue. xlv. di. licet plerunq;. Paulus etiã tũc ecclipsim patiebat qñ fideles psequebat ⁊ eccl̃iaz dei. cum accepit literas a ꝑncipe sacerdotũ in damascũ. vt si ibi i ueniret viros dei vinctos pduceret in hierl̃m. sic habet Act. ix. Et hoc ipe testat ad Gal. j. Audistis inquit aliquãdo cõuersationẽ meaz i iudaismo. quomodo supza modũ psequebar eccl̃iam dei. ⁊ expugnabã illam. Sed qz naturaliter ecclipsis solis ⁊ lune nõ diu durat. sꝫ aliquãdo ad horã vel dimidiã vel plus aut min⁹. sic ⁊ ipsi non diu in tenebris pmanserũt. Nam petrus lumẽ cognitiõis p̃ aspectũ pij magistri statim recepit ⁊ amare peccatuz defleuit. quia exiẽs foras fleuit amare. Matth. xxvj. Sic ⁊ paul⁹ statim vt cognouit q̃ errauret errorẽ correxit. quia dicit ad Gal. j. Cum placuit ei qui me segregauit ex vtero matris mee et vocauit p̃ gr̃am suaz vt reuelaret filiũ suũ in me vt euãgelizarem illũ in gentib⁹. cõtinuo nõ acquieui carni ⁊ sanguini scz iudeis legem carnaliter intelligẽtibus. quasi diceret. sed euãgelizo ⁊ correxi errorẽ. quia dicit Amb. super. j. Timo. j. q̃ post peccatuz paulus tantã spem didicerat i eo q̃ ante negabat vt plus gauderet patiendo q̃ ꝓus exultauerat in psequendo. quia nõ malicia hoc agebat. sed errore. cui facile potest cũ resipiscit ignosci. hec ille. Ita nos discere debemus ab istis gloriosis apostolis vt si fuerim⁹ obtenebrati peccatis q̃ non in tenebris maneamus. sꝫ peccata corrigam⁹ sicut ipi. quia dicit Clemẽs tertius papa. Et ponit extra ō eo qui duxit in matrimoniũ quã polluit p̃ adulteriuz c. Cum haberet. q̃ peccata nõ diminuũtur diuturnitate tẽporis sed augentur. Quia fm Gregoriũ in moralib⁹. Peccatũ quod nõ per penitẽtiam diluitur mox põdere suo in aliud trahit. Sed poc non ꝓpendũt miserrimi peccatores qui heu non per annũ vnuz. sed per multa annorũ curricula in peccatis pseuerant. Sz attendãt dictũ Jsidori in libro sententiaz. Necessimũ est peccare. sed peius est consuetudinem peccandi facere. ad illud facile tẽdit ab illo autem cum labore surgitur. Nec etiã illud consi/ derant extra de simonia. c. Cũ in ecclesie corpore. Tãto grauiora sũt peccata quãto diuti⁹ infelicem animã detinẽt alligatam. Secũdo Petrus ⁊ Paul⁹ cõparant his planetis ꝓpter potestatem opationis. quia videmus naturaliter de sole q̃ habet optimã potestatez sup his que sunt in celo. sup terram ⁊ infra terram. In celo quidem. quia omnes stellas illuminat. ⁊ illud lumẽ capiunt a sole. quemadmodũ Aristo. dicit in li. de elementis. Sol inquit habet lumen ꝓprium. stelle ⁊ luna habẽt lumẽ acquisitum. Sup terrã autem. quia superficiem terre floreb⁹ ⁊ herbis vestit. ⁊ nihil crescit vbi sol non ptingit. Jdeo dicit Aristo. ij. Phi. Homo generat hominẽ ⁊ sol. Infra terrã autem. quia lapides p̃cioſi virtute solis infra terram generant. ⁊ ni si virtus solis cooparet nequaq̃ in ✠tutem lapidis p̃cioſi verterent. Ita etiam potest dici ō luna. quia virtute sua in superioribus boni est generatiua. quia de terra aufert sterilitatem. ⁊ sic sup terram habet opatiuaz potestatez. Sic isti duo apostoli habẽt opatiuam potestatẽ supza celum. sup terram. ⁊ infra terram. Supza celũ q̃dem. quia dicit de ipis Apoc. xj. Hi sũt due olive ⁊ duo cãdelabra lucẽtia añ dñm. habent enī potestatẽ claudẽdi celũ ⁊ aperire portas eius. qz lingue eoruz claues celi facte sunt. Nã dñs specialiter cõtulit petro claues celi cũ dixit Mat. xvj. Et tibi dabo claues regni celorũ. Jõo dicit beat⁹ Aug⁹ sermo. x. de eis. O oipotentia ⁊ ineffabilis gr̃a saluatoris. q̃s plecutorẽ Saulũ martyrẽ credidit esse venturuz. q̃s plebium piscatorẽ ap̃lorz venturũ crederet ꝓncipem ⁊ regib⁹ obsistere. reges sanctificare. Regibus omnib⁹ imperare. mũdũ frenare. celum hoibus aperire. celũ claudere. Et cuz placeret imortale regnuz cõuersis donare. negare puersis. merita mũdi cognoscere. culpas ⁊ crimina hominib⁹ relaxare. O ineffabilis ⁊ imensa potestas hominẽ in terra positũ tenere celũ. Ecce nũc ad nutũ Petri diuini regis claustra

patescunt. Accepit a christo claues regni celo/
rum vt solutis vinculis delictorū aperiret cre/
dētibus celum. O q̄ vicina. o q̄ ꝓfunda reme
dia cum iuxta se habet mūdus dei regna si cur-
rat ad petrū. hec ille. Ideo dictū est petro Q̄
cūq̄ solueris sup terraz erit solutū ⁊ in celo ⁊c
Matth̄. xvj. Similiter infra terraz hoc est su
per infernū ⁊ demones. iuxta illud Mat. xvj
Et porte inferi non ꝓualebunt aduersus eam.
Patet etiam ex illo q̄ infern⁹ ꝑ petro obediuit
quādo defunctuz peccatorē restituit quē petr⁹
resuscitauit. vt dr in legēda. Q̄ habuit potesta
tem sup demones. claret de illis qui Simonez
magum p aera ducebāt quib⁹ potēter imperā-
uit vt ipm cadere ꝓmitterent. quo imperio ob-
tēperātes cadere velociter ꝓmiserunt. De pau
lo patet q̄ demonez de homine desperato effu-
gauit. sicut ptz in exemplo in sermone p̄cedēte
Ideo dicit Aug⁹ in sermone vbi supra. Paul⁹
factus est gētiū magister. forma martyriū. for-
mido demonū. indultor criminū. fons q̄ virtu-
tum. Ideo nos si volumus a diabolo eē securi
qui q̄si leo rugiēs circūit querens quē deuoret
accedam⁹ ad petrū. ⁊ ad paulū. quia paul⁹ de-
pingit cum gladio vt diabolum fuget. Si aūt
volumus intrare celum petrus habet clauē ia-
nuam reserandi. Ideo oportet vt eum rogem⁹
vt nobis aperiat. quia dicit Amb. in sermōe q̄
incipit ꝓpitia diuinitate. Puto celos alit aperi
ri nō posse nisi claues petri ap̄li sumpserim⁹
quas de largitate domini suscepit. sicut ipe di-
xit. Tibi dabo claues regni celorū. Imo roge-
mus petrū vt ipe nobis tanq̄ bonus ianitor ia
ℓ nuam regni celestis aperiat. hec ille. Tertio cō
parant bi planetis ratione ardoris ⁊ frigidita
tis. q⁹ naturaliter ꝓcipimus q̄ sol est causa ar/
doris quādo ad nos accedit sicut in estate. tūc
enim magnū calorē consueuit generare hic in ter
ris. Ecōtra luna ē cā frigoris sicut in nocte no-
tam⁹ que cōmuniter frigidior ē q̄ dies. Ita be
atus petrus fuit magis calidus q̄ alij apostoli
q̄ patet in oīuz dimissione. iuxta illud Mat.
xix. quādo dixit. Ecce nos reliquim⁹ omnia et
secuti sumus te. quid ergo ⁊c. De quo habes
plura in sermone p̄mo. Et causa huius feruen/
tis amoris fuit. quia christū cognouit verū de
um ⁊ hominē quādo dixit: Tu es christ⁹ filius
dei viui. Matth̄. xvj. Q̄ autē nos non tātū di
ligimus. signū est q̄ ipm non cognouim⁹? Io
dicit Chrys̄. Vis scire quare non ardēter dili-
gis deum. quia ipm non cognoscis. quāto enī
in cognitione eius bonitatis ꝓficis. tāto in ei⁹
amore exardescis. hec ille. Paul⁹ autē compa-
ratur lune rōne frigoris nō q̄ non calidus fuis
set in dilectione. quia totus erat ignitus i amo
re dei sicut ferrum ignitū Sed quia non caluit
igne cōcupiscentie ⁊ luxurie. sed fuit purus ab
oīni libidine a iuuētute sua. Io multū docuit
de ṽginitate. j. Cor. vij. vbi inter cetera dicit.
Volo omnes esse sicut ego sum scz ṽgines. Et
vere felix esset qui eum in mūdicia sequeretur.
quia nulla virtus familiarior deo sicut virgini
tas. q⁹ patuit in paulo. quia in tertium celū ca
ptus fuit. Sed econtra sūt quidam qui in iuuē
tute nolunt fieri cōtinentes. de quib⁹ ait Isido
rus in li. de summo bono. Quidaz in iuuētute
luxuriose viuētes. in senectute fieri cōtinentes
delectant. ⁊ tūc eligūt seruire castitati quādo
libido eos seruos cōtempsit. Nequaq̄ in sene/
ctute cōtinentes vocādi sunt q̄ in iuuentute lu-
xuriose vixerūt. Tales non habēt ꝑmium. q⁹
laboris certamen non habuerūt. eos enī expe-
ctat gloria in qua fuerūt. ⁊ hoc quo ad p̄mum.
Quantum ad secūduz cōmendatur ratione firmi-
tatis cum dicitur. Et posuit ea in firmamento. F
Circa q⁹ notanduz. dicunt naturales q̄ stelle
sunt firme ⁊ ꝓpetue. neq̄ deficiēt. ⁊ p̄cipue sol
⁊ luna stabilita sunt q̄ nllo modo corrūpūtur
neq̄ post diem iudicij. Quia vt ait Isi. post iu
dicium sol sui laboris habebit mercedem. Naz
Ym Isidor. Sol lucebit septempliciter ⁊ nō ve
niet ad occasum nec luna. sed in ordine quo cre
ati sunt stabunt. iuxta illud Abachuc. iij. Sol
⁊ luna steterūt in habitaculo suo. Sol in orien-
te. ⁊ luna i occidente stabūt i firmamēto. Mo-
raliter. p firmamētū sumitur ecclesia. ⁊ hoc tri/ G
plici ratione. Primo ratione situs. quia firma/
mentū est i medio aquarū. Sic ecclesia semper
est in medis tribulationū. tam ex parte hereti/
corū q̄ etiam ex ꝑte malor christianor. Ideo
dicit ps̄. Multe tribulatiōes iustorū. Sed sic
firmamentū bis aquis ꝓnō concutit. sic ecclesia
in tribulationib⁹ non deficiet. Teste Hilari⁹ d̄
trinitate. Hoc ꝓpriuz habet ecclesia vt dum p
sequit florez. duz oppꝛimit crescit. dum cōtem
nitur ꝓficit. dum leditur vincit. dum arguitur
intelligit. ⁊ tūc stat cum supari videt. Secūdo
ratione motus. quia sicut firmamentū ascēden
do mouet ⁊ descēdendo. sic ecclesia modo ascē
dendo ⁊ descendendo. ascendendo per cōtem-
plationē. ⁊ descendendo p vitam actiuā ⁊ hu-
militatē. vt testat ps̄. cvj. dicens. Ascendūt vs
q̄ ad celos ⁊ descēdūt vsq̄ ad abyssos. anima
eorū in malis deficit. Tertio ratione cōtentus
quia sicut firmamentū diuersarū cōtinet multi
tudinē stellar quarū vna clarior est q̄ alia. Iu
xta illud. j. Cor. xv. Stella differt a stella. Sic
in eccl'ia sancti differūt i sanctitate vt ṽgines a
cōtinentib⁹. ⁊tinentes a ⁊iugatis. De hoc dic
Greg. sup Cañ. In nuce tria cōsidera amurcā.
testā. ⁊ nucleuz. ⁊ habebis tres ordines sancto
rū. Per amurcā coniugati mundi tribulationi
bus amaricati intelligunt. Per testā continen
tes ⁊tra vitia fortiter dimicātes. Et p nucleuz

virgines deo placētes ⁊ dulciter adherentes. In hoc firmamēto posuit dominus duo luminaria magna petrum ⁊ paulū qui erant firmi ⁊ stabiles i fide. q nullo modo a fide trahi potuerunt. Et q erant firmi in charitate dei patet q romam que erat olim ālī furibunda et occisio martyrum intrare minime timuerūt. Sicut de hoc dicit Leo papa in sermone festiuitatis hodierne. Ad hāc vrbem beatissime Pe. apl'e venire nō metuis ⁊ cōsorti glorie tue paulo apl'o aliarū adhuc eccl'iarū ordinationib⁹ occupato. siluam istā frementiū bestiarū ⁊ turbulentissime ꝓfunditatis occeanuz cōstantioꝛ q̄ supermare graderis. Nec mundi dominā times romā qui in Cayphe domo expaueras sacerdotalem ancillam. Nūquid autem iudiciū pilati. aut seuitia iudeoꝛū minoꝛ erat. vel iudaica potestas vel in Nerone crudelitas. sed vincebat fozmidinē martyrij magnitudo amoꝛis. hec ille. Et sicut in passione stabilem habuerūt firmitatez ita in iudicio stabilē sessionem. Tunc enī in habitaculo suo stabūt quando sup. xij. tronos sedebūt ad sentētie ꝓbationē. iuxta illud Mat. xix. Uos qui secuti estis me sedebit⁹ sup sedes iudicantes duodecim tribus israel ⁊c. ⁊ h̄ quo ad secundum.

Sermo in cōmemoꝛatione ꝓauli apl'i.

Uas electionis est mihi iste. Ita scribit Act. ix. Cōsueuerunt domini terrestres ⁊ potētes in domo sua varia habere vasa. aliqua ꝓ aqua. aliqua ꝓ vino. ⁊ reliqua ꝓ potagio. aliqua vero ꝓ nobili balsamo. ⁊ illa in quib⁹ seruari debet vinū vel balsamū debent esse electa ⁊ noua. alias vinuz destrueret. iux illud Mat. ix. Nemo mittit vinū nouū i vtres veteres alioquin rūpēt vtres ⁊ vinū effundit. ⁊ vtres peunt. Sz vinū nouū in vtres nouos mittunt ⁊ ambo conseruantur
A Sic etiā balsamū nobile in vasa non coꝛea. sed argentea mittūt. vt ptz de rege Soldano. de q̄ legitur q balsamus fluit ex virgis que sūt modicum vlnis altioꝛes. ⁊ sūt formate quasi rub⁹ rosarū. ⁊ vnusquisq̄ habet custodē christianū qui eum colit. q⁹ se coli ab infidelib⁹ non sinit. In mense autē Martij Soldanus ꝓ se est ꝓscens. ⁊ tunc virge in modū vitis ꝓscindūtur. ⁊ scissure bombice circūligāt ⁊ subtus bombicē ⁊ scissurā parua vascula argētea iubet poni ad que balsamus stillat. ⁊ cum illa vascula sunt repleta. tunc fundit in amphoꝛā argenteā ⁊ illud balsamū magnis ꝑsonis ad se venientib⁹ impartit. Spūaliter. xp̄s est dñs celi ⁊ terre. et ē rex sup omnē terraz Fm̄ ps. xlvj.. ideo moze secularīū dominoꝛū habuit. ⁊ adhuc habet vasa spūalia. hoc est coꝛda sanctoꝛ In aliquibus tenet aquā sapiētie. iuxta illō Eccl. xv. Et aqua sapientie salutaris potauit illū. In aliquib⁹ vt num leticie. de quo ps. ciij. Uinum letificat coꝛ hominis. In ceteris autē balsamū gratie. ⁊ tale vas fuit beat⁹ paulus cuz dñs in ip̄m ꝓfecte infuderit aquā sapiētie. vt claret in suis ep̄lis. Jōo figurat. iiij. Regl. ij. vbi legit. Postq̄ helize⁹ venit Hiericho dixerūt ei viri habitātes. Ecce bona ē hic habitatio. sz aque pessime sūt ⁊ terra sterilis. rogauerūtq̄ eū vt p̄ce sua sanaret aquas. ille autē postulauit vas nouū ⁊ foꝛte terreū. ⁊ misitq̄ sal in illud. et imposuit aque fontis ⁊ aquas dulcoꝛauit. Per helizeū h̄ xp̄s intelligit qui venit in hiericho que luna inter/
B p̄tatur. hoc est in mundū instabilē nō tuncoꝛporaliter. q⁹ iam ascendit in celum. sed p gram suom ⁊ auxilium. Uidit itaq̄ q aque ēent male. q⁹ sapientia hominib⁹ infusa ad terrena vtebat. ideo postulauit vas nouū ⁊ electū sanctuz Pau. in q̄ misit aquaz sapiētie. ip̄m docuit ꝓ se. non ꝓ alium. in celo. ⁊ nō in mūdo. sicut ipe testat ad Gal. j. dicens: Notū vobis facio euāgelium q̄d à me euangelizatuz est ⁊c. Infudit etiam in ip̄m vinum leticie. hoc est bonum conscientie. quia sicut ipe testatur. j. Cor. iiij. Nihil mihi cōscius sum. ⁊ vbi est talis conscientia. ibi mētalis leticia. iuxta illud Pꝛou. xv. Secura mens q̄si iuge cōuiuiuz. Infudit etiam xp̄s in ip̄m balsamū plene gr̄e Fm q ipe testimonium ꝓhibet. Gratia ei⁹ in me vacua nō fuit. j. Cor. xv. Ideo dicit bene in ꝓpositis vbis. vas electiōis est mihi iste. In quib⁹ egregi⁹ p̄dicatoꝛ a duobus cōmendat. Primo a diuine gratie receptibilitate. ibi. vas. Secūdo a diuine dilectionis singularitate. ibi. electionis. De p̄mo est notandū experim̄ hocnaturaliter. si aliq̄d vas debet esse alicuius nobilis ⁊ tenti receptiuū requirit q quattuoꝛ habeat i se. Primo vt sit p fundum vt in eo materia obseruet tuti⁹ infusa Secūdo q sit amplū. q⁹ ad ampluz magi q̄ ad strictum fundit. Tertio q sit vacuū. q⁹ si esset plenum. inabile eēt ad recipienduz. Quarto q sit solidū. q⁹ alias de facili frangeret. ⁊ supaddi potestq̄ ānum vt sit mundū. ne liquoꝛ i eo infusus coꝛrumpat Spūaliter beatus paulus
C esse debuit vas nobilissimi cōtēti sc̄z gratie dei ⁊ sapiētie receptaculū. ideo hec p̄dicta habuit in se. ita vt de ip̄o p̄t vere dici illud Eccl. xliij Uas admirabile opus excelsi. Primo igit fuit vas ꝓfundum p humilitatem. quia ꝓfunde se humiliauit quādo cadens in terrā vocē iesu audiuit se totum a se deijciens. diuini volūtati vt humilis obediens se subiecit dicēs: Domie quid me vis facere. Act. ix. q. d. Ecce nūc sum paratus tibi in omnib⁹ humiliter obedire qui ꝑus nequiter tibi repugnaui Ideo cōpat lune q̄ est infima planeta ⁊. sic ipe fuit int oēs apl'os infim⁹. vltim⁹ ⁊ minimus. hoc ē humilim⁹ ipo

attestante qui ait: Ego sum minus apostolorū
D ꝛ non sum dignus vocari apl's qm̄ persecutus
sum ecclesiam dei. Quare autem fuit humilior
alijs ostendit Johes Chry. in li. de lau. Pau.
dicēs. Tāta paul⁹ tamq̄ creb̄a cū deo habuit
eloquia quanta nec ꝓpheta⁊ nec apl'o⁊ vllus
habuit per ea ipse humilior reddebaꝯ. hec ille.
Nouerat enī. b. Pau. illō qđ dicit Auiē. li. iiij.
de diuuijs terre. q⁹ ꝓfunda laria terre maiorē
suscipiūt humiditatis ꝑticipationē ꝛ influxuz
q: ſamus q⁹ fundus terre ē plen⁹ lapidib⁹ p̄ci-
osis ꝛ alijs metallis q̄ ex̄ fodiunt̄ vt dic̄ Auer/
rois de natura locorum. Sic ꝓfundiora corda
hoiuz. i. hūliora magis lumen celestis gr̄e reci
piūt. Juxta illud ℙroū. xxxij. ꝛ Jac. iiij. De⁹
ſupbis resistit hūlib⁹ autē dat gr̄am. Idcirco
paul⁹ se ꝓfundi⁹ hūiliauit vt maiorē gr̄am re-
ciperet mediāte q̄ tenebras ignorātie ꝛ pctō⁹ a
se repelleret. Q: ſm Aug⁹. Gr̄a diuina ē q̄si cā
delabrū accēsum expellēs tenebras vt hō mo-
dicitatē suā meli⁹ cognoscat. Jdeo dic̄ Greg⁹.
Quāto q̄s mai⁹ lumen gr̄e recipit tāto se mino
rem eē cognoscit. Quis aūt maiorē gr̄am acce-
pit q̄ paul⁹ q̄ ei adhuc in vita data ē. vt i tertiū
celū rapetur. ꝛ ibi arcana dei audiret. sicut ipe
testaꝯ. ij. Cor⁹. xij. dicēs. Scio hoiem raptū ad
tertiū celū ꝛ audiuit arcana que non licet homi
niloqui. q: ſm docto. vt pie credit ipsi paulo
reuelatum ē. q⁹ ex ꝑmo intuitu in omnib⁹ homi
nib⁹ cognouit q̄s eēt p̄destinat⁹ ad gl'iam. ꝛ q̄s
ad penam. ꝛ tanta gratia nulli legit apl'o colla
ta. Jdeo fuit ceter⁹ humilior. Secūdo fuit vas
E amplum p charitatez. quia tanta charitate ad
salutē hominū estuabat q⁹ non soluz ardenter
salutem eorum affectabat. Sed ꝑ peccatis eoꝝ
flebat ꝛ p damnatione eorum a gloria excludi
cupiebat. Teste Chry. vbi supra. Nullus q̄p-
pe tanto affectu deflet mala ꝓpria. quātū defle
bat paul⁹ aliena. Quēadmodū enī illū opinar⁹
afflictum cū perditionē deflere peccatoꝝ. qui
vt illi salui fierēt a celorū gloria cupiebat exclu
di. Nam non saluari illos multo acerbius esti
mabat q̄ seip̄m perire. Hec Chry. ꝛ sumpsit h̄
Chryſ. ex ꝓbis eius ad Roma. ix. Optabam
F egoipse esse ꝑ fratribus meis anathema. Sed
diceret aliquis. hec verba esse cōtra verū ordi
nem charitatis. q: vnusquisq⁹ debet plus pete
re salutem ꝓpriam q̄ alienam. Sm illud Aug.
sup Joh. Ordinata charitas incipit a seipso.
Et si tūc paulus voluit separari a xp̄o ꝑ salute
ꝓximorum. tunc fecit contra ordinem charita-
tis. Ad hoc dico q⁹ autoritas est vera absolute
loquendo. Jdeo dictum pauli Sm glo. Nico.
de lyra. intelligitur q⁹ optabaꝯt se separari a xp̄o
ꝑ dilationem sue glorie ad tempus vt incende-
ret cōuersionem iudeorū ad fidem christi. Vel
debet intelligi sub cōditione. si hoc eēt possibi-
le appeti qđ vellet ꝑ salute aliorū excludi. Cu-
ius simile legit Exo. xxxij. de Moyse qui po-
pulo peccante petiuit dicēs: Dimitte eis hanc
noxam. aut dele me ō libro in quo me scripsisti
Intelligendū si hoc esset possibile. Quātū aūt
paulus dilatatus erat ꝛ ampl⁹ i charitate ostē-
dit Chryſ. vbi supra. Hic siquidez ꝑ illi⁹ amo-
re ꝛ dilectione non angelorū non archangeloꝝ
dignitatem nec quic̄q̄ horuz cōcupiuit. qđ enī
erat maius omnib⁹ christi amore fruebaꝯ cum
hoc enī beatiorem cunctis se putabat. sine hoc
autem neq⁹ dominationū neq⁹ p̄ncipatuū socius
esse cupiebat. Sed cū hac dilectione magis
desiderabat esse vel extrem⁹ imo etiaz ex nume
ro infimorū. q̄ sine hac inter sūmos honores ꝛ
sublimes ℍoc enī erat illi singulare ꝛ maximū
tormentum ab hac charitate discedere. hoc illi
erat gehēna. hoc sola pena. hoc infinita ꝛ intol
leranda supplicia. Sz perfrui charitate christi
hoc illi vita. hoc mūdus. hoc regnū. hoc p̄mis
sio. hec bona videbāt innumera. hec ille. Ter-
tio fuit vas vacuū nō a gratia dei. qua plenus
fuit. sed rerum tēporaliuz illas a se omnimode
euacuando: vt bñ posset dicere illud Matth.
xix. Ecce nos relinquim⁹ oia ꝛ secuti sumus te
ideo dicit Chry. vbi supra. Abraam mirāt oēs
q⁹ ad dei p̄ceptum patriā atq⁹ cognatos reliq̄t
vt habeꝯ Gen. xij. vbi dixit dom̄in⁹. Egrede/
re de terre tua ꝛ de cognatione tua vet facia te i
gentē magnā. Sz quomodō equari possit pau
lo qui non solū patriā vel cognatos sed ipsum
quoq⁹ mūdū reliquit. imo ꝛ celū. ꝛ celuz celi. ꝛ
hec omnia xp̄m suscipiēdo. Jdeo ait ad ℙhil.
iij. ꝛ ꝓpter xp̄m omnia detrimenta arbitroz vt
stercora vt christū lucrifaciā. In cuius signuz
ꝛ figuram iussit ꝓpheta Helisē⁹ mulierē habe
re vasa vacua non pauca q̄bus habitis oleum
fuit mꝫtiplicatū vt habeꝯ. iiij. Regū. iiij. Quar
to etiam fuit vas solidum ꝛ serenuz. quia vas
cordis sui nulla adūsitate potuit frangi. vt enī
ait Chry. Jp̄e tyrannos ꝛ populos spirantes
furorem velut quosdam esse culices estimabat
Mortez vero atq⁹ cruciatus ꝛ mille supplicia
quasi ludum esse puerorū putabat dūmodo ꝑ
x̄po aliquid sustineret. Decorabaꝯ aūt magis
vinctus catenis q̄ coronat⁹ diademate. Etenī
coartatus carcere habitabat in celo. ac libenti-
us ꝟbera recipiebat ꝛ vulnera q̄ alij brauia di
ripiāt ꝛ dolores non minus q̄ p̄mia diligebat
cum ip̄os vtiq⁹ dolores duceret loco p̄miorū.
ꝓpterea ip̄os etiā gr̄az noiabat. q̄m q̄ nob sūt
causa tristicie. hec illi maximaz pariebāt volu-
ptatē. hec ille. Jdeo p̄t de illo verificari illud
sapiētis. Firmabaꝯ in illo vt nō flecteret Eccī
iiij. Quinto fuit vas mūduz ꝑ continentiā ꝛ ca
stitatē. imo vt credit ꝟginitatē iugiter Fuasse
ꝛ vt dicūt alij doctores q⁹ añ ꝙuersionē virgo

Intabia ✓ vasa vacua
bñ gr̄a capitur. Sed
de hys q̄ sūt tr̄ēs omi
G ꝓmōibz plena ✓

ex ſupbia permanebat: ſe reputans meliorē q̄ cum mulierib⁹ cōmiſceri. poſt ꝓuerſionē autez p gr̄az hoc habuit: q̄ oīs delectatio carnis aut luxuria fuit ei luctuoſa. Quare igitur illō vas nobiliſſimū fuit ita ꝓfunduz. amplū. vacuum. ſolidū. ſicq̄ mūdū. Ideo magnaz gr̄az ⁊ multaz fuit receptiuū. ⁊ h̄ q̄ ad p̄mū. Qtū ad ſcōz ē notandum ſolēt h̄re reges mūdi p̄ alijs vaſa electiſſima in quibus eis miniſtrant potagia ⁊ non vaſa cōmunia. Ad qō ꝓbandum legitur Dañ. ij. q̄ balthaſar habuit aurea ⁊ argentea vaſa electa i q̄b⁹ ei potus portabat. Idē legit ō aſuero rege q̄ de aureis poculis bibebat. Ihe ſter. j. Ita xp̄s rex regū habuit electiſſimū vas beatū Paulū q̄ nō fuit vas ſimplex ſed electi/ onis. Unde ō ipō intelligit illud Ecce ſeruus me⁹ ſuſcipiam eū elect⁹ me⁹ cōplacuit ſibi i illo aīa mea. Eſa. xlij. Et dicit ſignant elect⁹ meus vt de ipō verificet illō Cañ. v. Dilectus meus candid⁹. rubicūdus electus ex milibus. Et b̄n ex milib⁹. quia int̄ mille ſanctos non inuenit ei ſimilis Sic̄ declarat Joh. Chry. in li. de lau. pau. vbi laudat ip̄m ſup oēs p̄res veteris ⁊ no ui teſtamēti. vltra Abel in ſacrificio. vltra noe q̄ gen⁹ humanum in arca reſeruauit Quā auto ritatem plenius inuenies de cōuerſiōe eius ibi Beniamin lupus rapax. In tertio p̄ncipali eſt notandū q̄ illud vas venerabile dictū ē p̄rinci palit̄ q̄ ad tria Primo ad dei ſapientiā. et recte pōt dici vas ſapientie. quia p̄ditus fuit tripli/ ci ſapientia. ſ. moſaica. angelica. ⁊ diuina. Pri/ mā didicit in ſchola iudeoz. ſic̄ ipe teſtat Act̄ xxij. Ego ſuz vir iudeus ſec⁹ pedes gamalielis erudit⁹ iuxta veritatē paterne legis. Secundā didicit i ſchola apl̄oz i qua mgr̄m ſolū habuit xp̄m q̄ ſuū euangeliū nō fuit ſm̄ hominez nec recipit ab homine. ſz p reuelationē ieſu xp̄i ad Gal. j. Tertiā didicit i ſchola angeloz quādo rapt⁹ fuit i tertiū celū. vt patz ſupra. Et quia in his ſcholis gradatim ſe excedētib⁹ hāc triplicē ſapiētiā didicerat. Ideo pfect⁹ fuit predicator q̄ nomē xp̄i tripliciter p̄dicauit. verbo. exēplo. ⁊ martyrio. Et in ſignū ſue ſapie depingit ipſe cū libro quē gerit in manu vt ſuū magiſterium demonſtret. Secūdo fuit vas electū ad laboz ſuppletionē: q̄ tā laborioſus fuit q̄ ſm̄ Chry. vbi ſupra. nec vnū diem i ocio ⁊ quiete paſſus ē trāſire. qō ꝓbat p h̄ q̄ vix i ſpacio triginta an noz̄ romanos. pſas. partos. medos. ⁊ ethio/ pes. iugo ſubdidit xp̄itatis. Nam adeo laborio ſus fuit q̄ noctē p maiori pte in laboze ꝓſūpſit manuū. die vero i exercitio p̄dicationis. Dicit Haymo. q̄ a cātu gallor vſq̄ ad q̄ntam horaz manib⁹ laborabat. deinde p̄dicationi vacabat ⁊ plerūq̄ vſq̄ ad noctē p̄dicationē ꝓtraxit. et reſiduū tp̄s in refectione ſomno ⁊ orationibus ꝓſumpſit. q̄re h̄ etiam ipe dixit. j. Cor. xv. Ab undātius oībus alijs laborauī. nullus enī legi/ tur in tot terris p̄dicaſſe. nec p ſuo victu ſic ma nib⁹ ꝓprijs laborāſſe. q̄ ſciebat q̄ ocieas ⁊ vo luptas ſūt arma antiqui hoſtis. vt habet̄ de re nun. c. niſi cuz p̄dem h̄ verum. Hic dic de malo ocio ſi videris expedire. Tertio vas illud fuit electū ad paſſionū ꝓlerationē. qō ptz i triplici genere paſſionū. Primū ꝓſiſtit in corporali af/ flictione. q̄ a ſeipō ptulit volūtariā corpis ca/ ſtigationē a laborib⁹ ieiunijs multis a fame. ſi/ ti. frigore. ⁊ nuditate. vt habet̄. ij. Cor. xj. Ab aduerſarijs etiā ptulit multiphariā machinati onē piculoz: q̄ pſeudo apl̄i machinati ſunt in mortē ei⁹. q̄ in ciuitatib⁹ a falſis fratrib⁹ ſuſti nuit piculū p̄ditionis. In ſolitudinib⁹ piculū occiſionis. In fluminib⁹ ſuſtinuit periculū ſub merſionis. q̄ illi q̄ nō poterāt in ciuitatib⁹ ip̄m p p̄ditionē p̄dere. nec in ſolitudinib⁹ interfice/ re. conati ſūt ip̄m in flumine ſubmergere. Et h̄ innuit. ij. Cor. xj. cū dicit. In piculis fluminū in piculis latronū. piculis in ciuitate. piculis i ſolitudine. piculis i falſis fratrib⁹. ſz xp̄o ip̄m ꝓtegente: multoz picula euaſit. Ab ipis etiaz domeſticis. ſ. iudeis ptulit variam penaz illa/ tionē. Quia vt teſtat q̄nquies. i. q̄ntq̄ vicibus accepit quadragenas p̄cuſſiōes min⁹ vna. Nā ſm̄ glo. ne viderent̄ imiſericordes vnū ictū re/ mittebāt: ⁊ plures alias paſſiones ab eis ſuſti/ nuit vt lapidationes. Act̄. xix. Et cuz impioū ſeuiciā declinaret ter naufragiū ptulit. Scōm gen⁹ paſſionū fuit in mentali affectiōe. ſm̄ quē affectū tripliciter paſſus eſt. Primo p eccleſia rū dilatatiōe ⁊ pfectu fideliū maximā ſollicitu dinem habuit. Quia dicit ad Cor. vbi ſupra. Preter illa q̄ intrinſec⁹ ſunt. i. q̄ patio: in inte/ rioribus inſtantia mea quottidiana ſolicitudo oīuz eccleſiaz. Et Chry. in lib. de lau. pauli q̄ nullus angelus ꝓprijū ſibi credituz ita ſollicite gubernauit vt paul⁹ de ꝓfectu oīuz eccleſiarū ſollicit⁹ fuit. Scōo p debilium ⁊ infirmoz relevatione habuit magnā cōpaſſionē. ſm̄ q̄ dicit ibidē. Quis infirmat̄ ⁊ ego nō infirmor. q̄s ſcā dalizatur ⁊ ego nō vror hoc ē mētaliter affligor Tertio p alioz triſticia habuit triſticiā maxi/ mā ſm̄ q̄ dic̄ ad Roma. ix. Triſticia mihi ma/ gna ē p vobis ⁊ ꝓtinuus labor cordi meo. Ter tium gen⁹ fuit in tormentali paſſione. ideo dic̄ ij. Cor. vij. Non enī volum⁹ vos ignorare de tribulatione q̄ facta ē in azia qua ſupra modu grauati ſumus. ⁊ ſupra vtutem. ita vt tederet nos viuere. Et ꝓpter ei⁹ inuictā mentis ꝓſtan/ tiam ait Chry. q̄ fuit omni ſaxo durior. oīi co lūna imobilior. ⁊ omni adamante fortior. Fuit enī tante conſtantie q̄ nunq̄ alicui cedebat ad uerſitati. ſed eam p mentis cōſtantiaz viriliter repꝛimebat. Rogemus.

Sermo de visitatiõe beate Marie ✠ginis.

Benedicta tu ĩ mulieribus ⁊ bñdict⁹ fruct⁹ vẽtris tui. ita scribit Luc. j. Sicũt naturales ⁊ astronimi q̃ luna ẽ nobilis planeta. ꝓpinquior nob iter alios planetas. Nã ẽ astronomos solũ distat a terra q̃ndecim milibus. miliariũ sexingentis. ⁊ xxv. cũ alij sint multo remotiores iuxta situm Et ex q̃ est nob ita vicina hinc ẽ in nob humor augmẽtatiua. de quãto enĩ magis appropinq̃t de tãto magis humorẽ in carne. in ossibus me/dullã in capitib⁹ cerebella. ⁊ sanguinem in corporib⁹ augmẽtat. Ideo etiã in infirmitatib⁹ est luna a medicis intuẽda. Nã vt dicit Gal'. in q̃nto de dieb⁹ creticis. q̃ q̃n luna ẽ ꝓiuncta cũ stella fortunata. tunc egritudines ⁊ debilitates in hoĩb⁹ terminant ad bonum. ⁊ q̃n ẽ plena luminis tunc crescũt in hoĩbus medulle ⁊ humores

Spũaliter. q̃ lunam beatissima virgo maria rite designat. Nam sicut luna est nobis planeta vicinior. ⁊ q̃n terre per pluuiã non succurrit et ab alijs planetis dimittit. tũc luna de se rorem mittit. ⁊ terrã fructificare facit vt videm⁹. Sic Maria luna pulcherrima in oĩbus necessitatibus nostris ẽ vicinior. ⁊ quãdo ab alijs sanctis. imo a xp̃o ꝓpter peccata nr̃a relinquimur. sola maria nõ nos relinq̃t in necessitatibus nr̃is. Ita dicit Bern̄. in quodam ✠mone. q̃ ille sol⁹ o ✠go tuas laudes sileat q̃ te fideliter inuocatã sensit vnq̃ in suis necessitatib⁹ defuisse. Et q̃d mirũ si inuocata adest. que etiã p̃sto est non vocata. hec ille. Recte sicut legit Hester ꝑ quaz figurat maria. in necessitatibus fuit ꝓiudeis coram asuero recõcilians ipos q̃bus gratiã impetrauit populo isr'l nescięte. vt habet Hester vij. Et q̃ virgo maria est nobis tam ꝓpinqua ideo generat nobis humorẽ gratie ⁊ misericordie. ✠m q̃ dicit Bern̄. Maria omnib⁹ omnia facta est. omnib⁹ charitate debitricẽ se facit omnib⁹ sinũ ꝓ misericordie sue aperit. vt de plenitudine ei⁹ recipiãt vniuersi. Recte sicut luna q̃n ẽ plena tũc magis generat humores hic in terris. Ita ipa ex q̃ est plena grã̃. iuxta dictũ angeli. Aue grã̃ plena. Ideo hanc nobis largiter impartit. ⁊ illud oñdit in elizabet cognata sua ⁊ iohãne. q̃ ad partũ ei⁹ iuuencula ad senẽ appropinquauit. vt eã in necessitatib⁹ adiuuaret Teste Bern̄. in ✠mone de natiui. Joh. qui ait. Virgo festinat ad elizabeth et trib⁹ mensibus dignat inhabitare hospitiũ donec noni mẽsis fine ꝓcluso natiuitas imminet patriarche. Alij q̃ libros sanctor⁹ diligẽtiorib⁹ oculis inspexerũt ibi se vidisse testant. q̃ ipa dei genitrix felicem puerum de terra leuauerit ꝓmo ⁊ cognate partum omni ꝓsecuta sit seruitute. hec ille. Et cuz hec ꝓpinqua esset maria elizabeth humorem gratiarũ in iohãne infantulo augmentauit: vt qui ꝓius erat debilis in membris p̃gaudio exultaret. vt dicit Luc. j. Et etiã elizabeth repleta spiritusancto. vt que ꝓus vix ꝓ debilitate senectutis loqui poterat. statim iubilanter exclamauit ✠bum p̃libatum dicens: Benedicta tu i mulieribus. In q̃bus sancta mulier xp̃iferam extollit quo ad tria. Primo in sanctitate quaz ꝓbat diuina dedicatio. Secũdo in singularitate quã ꝓbat comparis exclusio. Tertio in fecũditate quã ꝓbat plis baiulatio. De ꝓmo q̃ maria extollit in sanctitate quam ꝓbat diuina dedicatio cum dicit benedicta. Sicũt naturales qui tractant de naturis herbarũ q̃ benedicta ẽ herba vtilis ⁊ multe virtutis. Naz de ipa legitur q̃ in quacunq̃ domo vel camera posita fuerit ibi nec vermis venenosus. nec serpens nec rana potest latere vel manere ꝓpter eius odorem. Habet etiã ✠tutem q̃ omnẽ potum reformat. quia q̃ ꝓiam ✠tutem ꝓdiderat si imponitur benedicta ad ꝓiorem ordinẽ reducitur. ⁊ q̃ de ipa biberit. rubeum vel bonũ colorem habebit. Per hanc herbam beata virgo maria intelligit̃ que hic ab elizabeth benedicta nominat̃. Recte enĩ sicut benedicta vbi in domo cordis ponit̃ vel nomiat̃. ibi nullus serpẽs infernalis põt manere. Teste Amb. i li. p̃fa. Ad vocationem nominis marie tota cõcutit̃ ⁊ terret̃ potestas contionis maligne Marieq̃ presentia ineſtimabilia infert demonibus supplicia Sicut benedicta rubeũ reformat potũ ad statũ ꝓstinũ Sic bñdicta domina. diuinã gratiaz quã Eua neglexerat ⁊ pire diuiserat reformauit. ✠m q̃ dixit angel⁹. Inuenisti gratiã apud dñz Luc. j Ideo dicit Hiero. de assũptione eius Quicq̃d maledictionis infusum ẽ per Euam totũ abstulit benedictio marie. Insuper ⁊ gratiã refudit xp̃i ortus quam ꝓus non habuit omnis mũd⁹. hec Hiero. Ideo si de hac virgine sedule benedicta maria biberim⁹ ei⁹ gratiã postulando. p̃ducet nos ad regnũ filij sui. vbi facies bonuz ⁊ pulchrũ habebũt colorẽ. Juxta illud Matth. xiij'. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eor. Etiam sicut herba predicta inter ceteras herbas obtinet hoc nomẽ benedicta. sic maria inter alias mulieres p̃dicatur benedicta. ita vt ei competit illud Judith. xiij. Benedicta tu filia a dño deo excelso p̃ oĩb⁹ mulieribus sup terram. Similiter illud ibidẽ. c. xv. Manus dñi cõfortabit te. Ideo bñdicta eris ĩeternuz. Et illud Ruth. iij. Bñdicta es a dño filia. q̃m ꝓiorem misericordiã posteriori supasti. Etiaz bñdicta herba nõ solum hoc nomẽ habet int̃ herbas. sz etiã inter flores. q̃ de nullo flore legitur q̃ esset p̃ditus hoc nomine benedicta. Ita maria non solũ hoc nomine bñdicta honorat̃ iter mulieres sed etiam inter viros. Quod probat

Sicut exhibuistis mēbra vestra seruire imūdicie ꝛ iniquitati ad iniq̄tatem. ita nūc exhibete ea seruire iusticie i sanctificationē ad Roma. vj. Sicūt naturales de certis animalib⁹ debilia capita habentib⁹. vt sunt anguille. serpētes ꝛ dracones q̄ ex sono tonitrui multū pturbant. qz anguille q̄ al's capi non possunt cuz semp iacent in limo. facto magno tonitrui sono adeo turbāt q̄ quātūcūq̄ latitēt in limo extra natant ꝛ a pisca toꝝib⁹ capiunt. Spūaliter p hec animalia itel/ligunt peccatores aut peccata. Quia sicut illa supradicta animalia capita debilia habēt ꝛ lesis capitib⁹ moriunt que etiaz lesio p leuē puncturam fieri pōt. sic peccatū mortale ē adeo debile q̄ cum leui displicētia necat ꝛ fit nihil. Teste Cesario in dialogo qui ait: Nullū peccatuz est mortale si displicet ꝛ nullū veniale si placet. quia fm Aug̃. ō vera religione. Et ponit. xv q. j. c. qō autē. Nō est peccatū nisi sit volūtariū etsi displicet volūtas imutat. ꝛ sic peccatū nec̄atur. Nō figuratū fuit in peccato Dauid qui adulteriū ppetrauit ꝛ militē suuz fidelē vxiā p̄ditorie interfecit. vt habet. ij. Reg̃. xj. Veniēs autē ad ipm Natan ppheta pponēs sibi parabolā ex qua correxit eū. Qui dixit vnicū vxbuz Peccaui. Cui natan. Trāstulit dñs peccatuz tuū non morieris. sed filiꝰ tuꝰ q̄ tibi natus ē morietur. Jdem de publicano Luc̄. xviij. Et qz peccata sunt tam debilia ad occidendū. tñ si peccator venerit in pfunduz extrahi pōt difficulter. Quia fm sapientē. Peccator si in pfundū venerit pctōr cōtemnit Prou. xviij. Quid ꝯtemnit? dicit glo. lyre. Deū cui⁹ monita interiora ꝛ documēta p̄dicatoꝝ cōtemnit. id ē. non audit. Cōtemnit etiā seipm qz p quolibet vili dat aurū p obolo thesaurū. vt luxuriosus p delectabili momētaneo etna gaudia. ꝛ sic ō alijs Qui valde grauiter possunt capi nisi venerit sonus diuine p̄dicatiōis. sonātis eterna p̄mia vel tonitrua seuere cōminatiōis sonātis eterna supplicia. Tūc exeunt peccata de ꝯscientia sic dracones ꝛ serpētes de ca uerna. qō figuratum est Apoc̄. xij. vbi legit q̄ facte sunt voces ꝛ fulgura. ꝛ ecce visus ē draco magn⁹ habēs septē capita. hoc ē septē capitalia peccata. Hec bestia ē maria magdalena de qua dñs eiecit septez demonia. Marc̄. vlt̄. Sz postq̄ audiuit vocem dulciter p̄dicantis. pniam agite appropinq̄bit enī regnū celoꝝ. Mat. iij. Siliter austeritatez tonantis nisi pniaz egeritis oēs peribit. Luc̄. xiij. Statim exiuit de pfundo vitioꝝ ꝛ intātū exarsit in dei timore q̄ oia mēbra q̄ pius ad vanitates ꝛ pctā extēderat. postea illa xp̄o seruiebāt. cōplēs dictū pauli dicētis: Sic exhibuistis mēbra vra ꝛc̄. In q̄bus duo tanguñ. Primo excedentie memoratio dolorosa. ibi. sicut exhibuistis. Scdo penitētie recōpēsatio fructuosa ibi. ita nūc ꝛc̄. De p̄mo ē notandū. Dicūt naturales cū Amb. in hexame. Q apis ē valde diligēs in officio seu obsequo sui regis. ꝛ si aliq̄ modo ꝯtra ipm excesserit aut ei nocuerit adeo cōtra se irascit q̄ seipam tādiu punit quosq̄ moriat. vel saltem ab alijs apib⁹ necat. Jdē refert Albert⁹ de pris. q̄ tales hoies si excedūt ꝯtra ipoꝝ regem seipos puniūt vel ad iussum regis moꝝ suspendūt. Moraliter. p apem h̄ signat maria magdalena. qz recte sic apis multos habet pedes p q̄s se inuoluit. Ita maria magdalena multas habuit malas affectiōes ad peccata q̄ actu ppetrauit. qō testat Greg⁹ super illo vbo Marc̄. vlt̄. Surgēs iesus mane p̄ma sabbati apparuit p̄mo marie magdalene de qua ejicerat septē demonia dicēs: Maria septē demonia habuit q̄ vniūsis vitijs plena fuit. Fuit etiā valde diligēs in obsequio diaboli. qz multas alias p̄sentauit sibi quas a sūmo rege auertit. Jdeo dicebat ante ꝯsionē magna quasi manēs rea p obligationē ad penam eternā. Jō circa hec bn̄ api cōpatur que se tot scelerib⁹ turpib⁹ pedib⁹ inuoluit vt peccatrix publica amisso nomine ppio dicebat. vt habet Luc̄. vij. Sed diceres. quare tñ ipa intātū vituperat cuz fuerit mulier ꝛ a plurib⁹ dicat virgo fuisse. sed lasciua dissoluta ꝛ superba. Ad hoc dico q̄ nō sibi hec ad vituperiū nec cōtumeliaz. sed ad ei⁹ extensam cōmendationē ꝛ diuine misericordie magnā exaltationē dicunt. Quia maius est de stercore aurū fabricare purissimū. ꝛ ex eo monile fabricare p̄ciosissimū. q̄ de auro existente monile facere. Ita hic. si de⁹ fecit tam p̄ciosissimū monile ex tam fetidissima peccatrice maius certe fuit q̄ de alio mūdo siue mūda. Nec dico q̄ fuit ꝛgo licet multi sancti doctores vident in contrariū sonare quoꝝ vnus est Leo papa tractans illud Matth̄. xxvj. Tunc abiens vnus ō duodecim. dicit: Ad̄n̄ p̄ditionis tps meretrix

sup caput eius vnguentū fudit ⁊ quando pstituta lupanar exiuit. tunc discipulus ille gehennā intrauit. Cui cōsonat Aug⁹ in li. de cōflictu vitioꝝ ⁊ ỽtutum dicēs: Meretrix illa beata omni genere fornicationū fuit plena. Ad idem est Chry. in li. de iuda traditore qui dicit Paulo ante meretrix. subito pudica ꝓcessit. ⁊ pfundo abrupto peccati. serenitatis portū agnouit Quādo illa mercedez sui corporis abdicabat. tunc ille p̄cium sanguinis sui magistri postulabat. hec ille Nec dico q̄ fuit meretrix q⁹ multe
L ꝓpter dissolutos mores dicunt meretrices q̄ꝫ uis ope non ꝓpetrent luxuriaz. Sed hoc dico q̄uis peccatrix magna tamen veniā inuenit. ⁊ optimā ꝓtem nunc elegit. Sicut scribit Luc. x Et idcirco q⁹ excessit multipliciter cōtra regez dñm. more apis se puniuit. Naz memorās peccata sua magna ⁊ excessus graues dolorose in mēte anxiabat ⁊ potuit dicere cū Manasse. ij Paral. xxxiij. O dñe peccaui sup numerū arene maris ⁊ multiplicata sūt peccata mea ⁊ non sum dign⁹ videre altitudinē celi p̄ multitudie iniq̄tatis. quia irritaui irā tuam ⁊ malū coram te feci. Potuit etiā dicere cum filio ꝓdigo vel ꝓditionis. Luc. xv. O pater peccaui in celum ⁊ coram te. ⁊ non sum dignus vocari fili⁹ tuus facme sicut vnū ex ministris tuis. Et vere feliciter hec mulier memorata ē tam flebiliter sua peccata. Quia dicit sapiēs. Qui abscōdit scelera sua non dirigef scz in viā salutis. qui aūt cōfessus fuerit ⁊ reliq̄rit misericordiā cōsequetur Prou. xviij. Perpēdit etiam dānuz q̄ incurrit. Ideo potuit dicere illud deuoti amādi q̄ ponit i horalogio sapie. li. j. c. iiij. Quis det mihi mēbranas celi habētes latitudinē. attramētū maris excedens quātitatē. ⁊ calomos tot q̄t arboꝝ folia ⁊ pratoꝝ gramia vt pstringere possem dolorē simulq; damnū irrecupabile q̄ incurri. q⁹ dilectū meū ꝓdidi. scz ꝑ peccatuz. hec ille. Refert magister. xij. ꝓprie. q⁹ ciconia quādo ex multitudine senij sentit se grauatā aquaz marinā amarā itra rostrū recolligit quā p ster/coza in vētrē mittit. q̄ aqua mollit cibi cōpacti duriciā. ⁊ mordicādo intestina superflua ejcit et expellit. Ita fec̄ btā maria magdalena. q⁹ sensit se grauatā multitudine peccatoꝝ vt ꝓuenie̅ter dicere posset cū p̄s. xxxvij. Quoniā iniquitates mee supergresse sunt caput meuz. Ideo abhis vt purgaret recepit aquā amarā ꝓtritiōis dolorose. qua erat plena vt dicere potuit illud Ruth. j. Ne vocetis me noemi. i. pulchrā. sed vocate me mara. id ē. amarā. q⁹ valde amaritudine repleuit me omnipotēs. Ecce quātū dolorem ⁊ amaritudinē habuit i se felicissima peccatrix ꝑ peccatis. q⁹ ista amaritudo largissime lachrymas expelleret. q̄bus pedes dñi abūdātissime lauaret. Et quātuz se mētaliter puniuit nullus exp̄mere sufficit nisi ille q̄ abscōdita cordis nouit. Nos igit̄ peccatores vt peccatrices si cum ipa volum⁹ gratiā inuenire oportet nos sicut ipam mētaliter punire q̄n excessim⁹ grām ꝑ peccata. sed ꝟm Aug⁹. in ꝟmonib⁹ cōmunib⁹ ꝟmone. xliij. Impunitū nō pōt eē peccatū. nec decet. non oportet nec ē iustū. Et q⁹ nō pōt eē impunitū puniat a te ne a deo puniat. hec ille.
Oportet ergo etiā vt cū illa fleamus ꝟm quod B
nos āmonet eccl̄ia dicens: Plorem⁹ coraā dño cum maria vt veniā mereamur cū illa. Et meritо facere oportet ꝓpter quattuor q̄ ponunt in canone. d. peni. dis. j. c. Si peccatū dauid. Primo q⁹ iniuste peccādo deū q̄ est summū bonuz ⁊ creatorē nostrū offendim⁹. Scōo q⁹ nos peccatis vltro obtulimus. ⁊ in illis diu pmānsim⁹. Tertio q⁹ non solū peccauim⁹ sed interim nos bonis oībus ⁊ ỽtutibus negligēter spoliamus Quarto ꝓprimū nostrū malo exemplo corrūpimus. Et tātū de ꝑmo. Quantum ad scōm est notā E
dum ꝟm Aristo. in li. de animalib⁹. Ciconia cū adultera fuerit statim volat ad fontē post cortū se lauādo ne veniēs ad masculū fetorē adulterij sentiat ⁊ ipam rostro transuerberet ⁊ occidat. ⁊ nisi hoc faciat ipaz sine dubio cōuocatis alijs iugularet. Sicut b̄ ꝓbat Alexāder in lib. de naturis rerū dicens: Ciconia adultera se lauab at post coitū. ⁊ b̄ q̄daz miles ꝓ sideras balneū impediuit. Videsne aūt cōpar ciconie ipam adulteram notauit. inde igit̄ exiēs adduxit ciconiaz cohortem sociāq; deplumauit ⁊ lacerauit ⁊ alteram sibi in sodalē sociauit. Per ciconiā mystice intelligit̄ maria magdalena. q⁹ siē ciconia tpe veris venit. sic ipa venit tpe gratie scz ad fontē gr̄e ⁊ misc̄die ad x̄pm vt se lauaret De qua ꝓpheta Hiere. iij. Fornicata es cum amatoribus multis ꝟm certos doctores coraliter vel etiā spūaliter ꝑ peccata a deo recedēdo ideo dic̄ Aug⁹ de ꝯflictu vitioꝝ ⁊ ỽtutū. Ecce maria magda. inumeris fornicationū sordib⁹ inq̄nata ad fontē pietatis anxia currēs dñi vestigia lachrymis rigās ē mūdata. De hac idez etiaz in alio loco dicit. Venit ad fontē misc̄die x̄pm añ clemēt̄ dñi vestigia nihil p̄ verecūdiaore de pmēs. scz p exterioza obsequij bñficia sue dilectiōis feruorē intimās. ac si ipis loq̄ret verbis. O dñe ieſu clementissime tu oīa scis ⁊ cordis inspector es ver⁹ q̄ non vis mortē peccatoris. sed vt ꝯuertatur ⁊ viuat. tu ipe intelligis quid mei deposcant singultus. quid lachryme ab imo erupte flagitent. quid meus amar⁹ exoret gemitus. peccatrix sum imunda. siue oiuz criminū labe polluta. Cui cōcordat Innoc. iij. in sua sūma. Venit inq̄t cū fonte lachrymaruz ad fontē misericordiaz vt cū largo fletu largā misc̄diaz ei⁹ impetraret. hec ille. Ecce q̄ fructuosa fuit hec recōpēsatio magda. q⁹ dic̄ Cassio.

Pro

F sup ps. Hic veram agit penitētiā q̄ sic mala p̄terita deplangit ⁊ futura non admittit Jō dicit Greg⁹ in omel. hodier. Cogitāti mihi de marie penitētia libet magis flere q̄ aliquid dicere. cuius eni vel saxeū pectus ille hui⁹ pecca tricis lachrymē ad exemplū penitētie nō emol liant. Cōsiderauit nanq̄ q̄d fecit ⁊ noluit moderare q̄d faceret. Sup q̄uiuantes ingressa est nō iussa venit inter epulas lachrymas obtulit. Discite q̄ dolore ardet q̄ flere inter epulas non erubescit. et subdit. Sed ecce. q⁹ turpitudinis sue maculas aspexit. lauanda ad fontē miscōie cucurrit q̄uiuātes nō erubuit. nā q⁹ seipaz gra uiter erubescebat int⁹. nihil esse credidit q̄d ve recūdaret foris. Et itez. Liquet frēs q̄ illicitis actib⁹ mulier p̄us intēta vnguētū sibi p odore carnis sue adhibuit. q̄d g̃ turpiter sibi exhibue rat h̄ iā deo laudabiliter offerebat. Oculis ꝛre na q̄cupierat. sed hec iam p priam q̄terens fle bat. Capillos ad cōpositionē vult⁹ exhibuerat sz iam capillis lachrymas tergebat Ore supba dixerat. sed pedes dñi osculans. hoc i redēpto ris sui vestigia figebat. Quot ergo habuit i se oblectamēta tot de se inuenit holocausta. Con uertit ad numez vtutū. numerū criminū. vt to tū seruiret deo in pnia q̄cq̄d ex se deum q̄trēpse rat in culpa. Et subdit Orig. Aures p̄us delectabāt auditu vario vel bonoz derogatiōib⁹. sz nūc q̄uertit eas ad vbū dei audiēdū. Q⁹ fre quēter ad pedes iesu sedebat ⁊ vbum ei⁹ audie bat. Luc. x. In lingua turpia ⁊ vanitates p̄fe rebat. nūc q̄uersa ē ad bñdicendū ⁊ vbū dei p̄ dicandū. Fuit etiā doctrix ⁊ apl'oz apl'a quos oēs i fide dubios in morte xp̄i ad fidē q̄uertit. Pectus q̄d p̄ius ornauerat nūc deo dedicat. Manꝰ q̄s p̄us p̄tēderat nunc ad elemosynas extēderat: ⁊ ad lauādū pedes xp̄i. Pedes q̄b⁹ ad vanitates incesserat nunc ad sequēda vestigia dñi p̄parauerat ⁊ vltra totū corpus ad pedes dñi p̄sternebat q̄d ieiunijs ⁊ maceratrionibus ⁊ castigationib⁹ castigauerat. hec ille. Ec ce q̄ bñ aduertit illd sapiētis. Per q̄ q̄s peccauit: p hec ⁊ puniet. Et siliter hic doctrinā pauli. G Sic exhibuistis vra mēbra seruire. ⁊c. Sed diceres. q̄re ita plenissime penituit maria magdalena. ⁊ nō sicut iā faciūt peccatores dicētes. non possum penitere. q⁹ nō sol⁹ pecco ⁊ q̄cunq⁹ venero socios habebo. etiā si ad infernū venero. O peccator non gaudeas de hac societate. q⁹ dicitur in cano. ij. q. j. c. multi. Et est Aug⁹. Nec inq̄t gaudeāt peccatores. q⁹ plures iueniuntur sibi siles. nā ꝓpterea nō min⁹ ardebunt: q⁹ cū multis ardebūt. Quia q̄libet dānat⁹ vna teda ē in inferno. Et sic ex additione ignis crescit. sic ex peccatorib⁹ pena dānatoz. Ad q̄stionē dico q⁹ illa felix mulier ita solēniter penituit Primo q⁹ triplex dānū purgauit. q⁹ petm̄ fm Cesariū in dialogo p̄uat hoiem oi bono q̄d p meruit q̄d bonū xp̄s nob fecit. ⁊ cōmunione fi deliū. Scdo penituit ita p̄fecte ꝓpter amorem q̄ coz eius repleuerat. q⁹ sicut ignis facē calefie/ri ollas ⁊ bulire. sic ignis amoris facit bulire la chrymas ⁊ sonare deuotionē. Tertio penituit ꝓpter penas inferni q̄s sciuit eē fm dictū euā/gelij. Jbūt mali in ignē eternū. Mat. xxv. O peccator si ad eternitatē penarū inferni oculos attolleres sine dubio vitā emēdares. Nā sic legit fecisse q̄dam vanus ioculator⁹ q̄ quo libel/lo de dono timoris. Hic q̄uis eēt vanitatibus seculi deditus semel tm audiēs i eccl'ia de penarū eternitate. ⁊ cuz iocarer cogitare cepit. O si q̄tinue in lecto molli iacere deberes. ⁊ inde nū q̄ recedē. nō posses sustinere. quō ergo penas inferni q̄ sūt p̄petue sustinebis. Et hac q̄sidera tione p̄territ⁹ oia reliquit et fact⁹ ē monachus ⁊ postea magn⁹ vir ⁊ eps mire sanctitatis.

¶ Sermo secundus de eadem.

Vi abūdauit de lictuz supabundauit ⁊ gra. ad Roma. v. Aristo. in li. d̄ animalib⁹ scribit cuiusdā ani malis naturam noie abiles. Primo habitat in aquis salsis marinis. ⁊ in his tanq̄ sibi q̄ueni entib⁹ delectat. postea autē species ei⁹ imutat ⁊ fit altera ⁊ exit aquas illas salsas. tāq̄ amo/do sibi q̄trarias ⁊ nutrit in terra. nec viteri⁹ in trat illas Spūaliter p hanc bestiā q̄libet pecca tor designat q̄ ꝓpter peccata sua magis meret dici bestia q̄ hō. Q̄d ꝓbat boet⁹ li. iij. ps. ij dicēs: Euenit vt quē transformatū vitijs vide as hoiez estimare nō possis. ⁊ cōcludit. ita vt q̄ pbitate deserta hō eē desinit cū in diuinā natu ram eē neq̄t vertit in beluaz. hec ille. Q̄d patu it in rege Nabuchodonosoz. de quo legit Dañ iij. Et ponit transumptiue in cano. xxiij. q. v. c. remittunt. §. hinc notandū. Hic eni in corde supbiens dicebat: Nōne hec ē ciuitas magna babylon quā edificaui in domū regni. Statim de⁹ mutauit rationalē eius mentē ⁊ induit for ma bestialitatis vt ab hoib⁹ fugeret ⁊ cum be stijs viueret. Sic homies bestiales viuūt ⁊ ha bitāt cum p̄dicto animali in aq̄s marinis volu ptatum. q̄ q̄uis dulces eis vident. tamē finis ē amarus. Fm q⁹ testat sapiēs Prou. v. Fauus distillās labia meretricis. hoc ē carnalis volu ptat⁹. Fm glo. Pascasij. et nitidus oleo guttur eius. nouissima aūt eius amara q̄si absinthiuz Jdeo debent ip̄i peccatores has aquas maris exire. ⁊ speciē bestialitatis ecōtra mutare p pe nitētiā in speciē humanitatis vt possint habita re in terra viuētū. Jta fecit maria magdalena ⁊ exemplū penitētie tribuit. que p̄us totaliter imersa fuit aq̄s voluptatū ⁊ culparū. in q̄bus diuti⁹ habitauit vt dicere potuisset cum ps.

Circũierunt me aque multe vsq; in aiam meaz Similiter illõ ps. lxviij. Saluũ me fac de⁹ qm intrauerunt aque vsq; ad aiam meaz. He sunt aque pessime ⁊ amare que fuerũt in hiericho q̃ interptatur luna. Et significãt munduz in quo adhuc heu sũt aque ille amarissime. et pessime aque voluptatũ in quib⁹ imersa fuit Magdalena. Et adhuc illis multi imergunt. Sz sicut Elize⁹ hiericho aq̃s dulcorauit. iiij. Reg. ij. immittẽdo sal i vas nouũ. Sic deus misit spiritũ sanctum in cor marie ⁊ illas aq̃s voluptatis mutauit in aquas sanitatis. Jdeo põt dicere illud ps. xviij. Misit de celo. s. spiritũ sanctuz et assumpsit me et assumpsit me sez in suã sponsaz ⁊ assumpsit me de aquis multis sez variaruz fornicationũ ẽm Aug⁹. ⁊ multaz voluptatum. Et postq̃ beata peccatrix exiuit aquas voluptatũ vlteri⁹ non intrauit. sed statũ suuz mutauit vt q̃ plena peccatis erat p̃us postea abundaret i gratijs Jõo bene ad laudẽ ipius hec verba sunt assumpta. Ubi abũdauit delictũ ⁊c. In q̃bus verbis ei⁹ status describit a duobus. Primo quo ad statum trãsgressionis. ibi. Ubi abundauit delictũ Scõo q̃ ad statũ iustificationis. ibi. supabundauit ⁊ gratia. In p̃mo describit quo ad statũ trãsgressionis ⁊ tãgit imundiciã culpe. cũ dicit ℣ vbi abũdauit delictũ ⁊c. Circa qõ notãdũ miserabilis status hui⁹ mulieris peccatricis colligit ex trib⁹. Primo ex peccati vtilitate. Videmus enim q; prudens ⁊ ingeniosus pictor pulchram facit imaginẽ. ex oñi pte bñ dispositã ⁊ ornatã in oibus corporis lineamẽtis nullũ habẽs corrigibile ⁊ defectũ. ad quã si venit inuidus pictor ⁊ supbus videns eã tam pulchre ornatã inuidet illi. ⁊ nõnunq̃ lutũ ꝓjcit super ipam ⁊ totaliter coinq̃nat ⁊ deformat. q̃ q̃dem luto imago ad nihilũ redigit nisi p̃ priorem pictorem mundet. Moraliter. p ingeniosum pictorẽ de⁹ omnipotẽs designat q̃ sua puidẽtia firmamẽtũ depinxit clarissimis siderib⁹. celum empyreũ angelici spiritibus. aiaz q̃z hois creauit ⁊ hanc etiã ornauit ad suaz imaginẽ capacẽ ℞tutum. De hoc dicit Berñ. aia insignita dei imagine. decorata silitudine. deputata cum angelicis spiritib⁹. depicta fide. redempta christi sanguine. capax beatitudinis. heres bonitatis pticeps rõnis. Et subdit. Agnosce o hõ q̃ nobilis est aia tua ⁊ q̃ grauia fuerũt eius vulnera. p q̃bus ncẽ fuit dñm vulnerari. tot⁹ siq̃dẽ iste mũdus ad vni⁹ aie p̃ciũ estimari non põt. Non enim p toto mũdo de⁹ aiam suam dare voluit quaz p aia hũana dedit. hec Berñ. Uide hõ q̃ ingeniosus est ille pictor q̃ aiam tam pulchram decorauit. qz ẽm Hugo. Pulchrã eam decebat eẽ q̃ ad sui regis thalamũ introducenda erat. Sz hanc pulchritudinẽ aie nõ ꝓpẽdẽs maria magda. sic nec heu alij peccatores. ideo venit secũdus pictor diabol⁹ q̃ ẽ inuidus ⁊ superbus. ẽm qõ dic Bonauẽtura sup. ij. sniaz. Uens diaboli duob⁹ vitijs sez supbia ⁊ inuidia ẽ possessa. Hic piecit lutũ septẽ peccatoruz mortaliũ sup ipi⁹ aiaz ⁊ eã turpiter defedauit. Qz dicit Aug⁹. Sic lutũ fetidũ ꝓjectũ sup pulchram imaginẽ ipaz fedat ⁊ deturpat. ita peccatũ aiaz maculat ⁊ deformat. Jdeo potuit dicere illõ Thren̄. j. Uide dñe ⁊ ꝓsidera qz sũ vilis. Hoc etiã dicit Hugo de san. vic. Uide inq̃t q̃d fecisti dereliq̃sti spõsum tuũ ⁊ cũ alijs pstituisti amorẽ tuũ. corrupisti ℣ginitatẽ tuam. dispersisti ornamentũ tuũ. tã vilis ⁊ tã turpis facta es q; iã sponsi amplexibus digna nõ es. spõso tuo de tãtis bñficijs nõ grãs egisti. meretrix facta es. ⁊ p̃ nimijs fornicationib⁹ tuis laxata sũt vbera tua. rugosa facies tua. gene marcide. languẽtes ⁊ stupẽtes oculi. labia pallore obducta. crura exiccata. ℞tus cõfracta. oibus amatorib⁹ odiosa. pulchra facta fueras ei⁹ munere. feda facta es tua iniquitate. Hec hugo ō q̃libet aia peccatrice. Fuit enim maria magda. facta lõge a deo. nõ solũ i aia sz etiã in spẽ corporea q̃ q̃dem fuit occasio peccãdi. qz dic sapiens ꝓuerbioꝝ. xj. Circul⁹ aure⁹ i naribus suis mulier pulchra ⁊ fatua. Qz sus nõ pcit circulo aureo. sz ponit ad lutũ. sic mulier pulchra ⁊ fatua quã tecũq; pulchritudis fuerit. ad luxurie voluptates se ꝓtit. Sic ipa fecit. Qõ testat Jnno. papa i ẽmone. Rogabat iesũ. dicẽs: Mariã magdale. respicies. q̃ mulier erat i ciuitate peccatrix ad quã oib⁹ patebat accessus ⁊ null⁹ ab ea repulsã passus ẽ. sz dimissa sũt ei pcta mlta qm̃ dilexit multũ. hec ille. Dz xp̃s pictor ingeniosissim⁹ lutũ abstersit qõ diabol⁹ in eaz ꝓiecit. et bñ cũ calidis lachrymis q̃ de oculis ei⁹ ꝓfluxerũt tam largiter vt etiã pedes ei⁹ lauaret. Luc. vij Jõo o hõ si ꝓsideras lutũ pctõz a diabolo ꝓjectum sup aiaz tuã pete dñm p lachrymis que oẽm imũdiciã aie abstergũt. ẽm q; dic Cassiodorus sup ps. xlj. Fuerũt mihi lachryme mee ⁊c. flet⁹ ẽ cib⁹ aiaz. corroboratio sensuũ absolutio pctõz. refectio mẽtiũ. ⁊ lauacz culpaz. hec ille. Scõo cognoscit statꝰ ei⁹ miserabilis ex pecati enormitate. Dicunt medici. si lepra faciem homis occupauerit non solũ nocet vultui ipm enormẽ faciẽdo. sz etiã inficit totuz corpus. oia mẽbra corrũpẽdo. Jta pctm̃ mortale q̃ est lepra aie. ipi⁹ tollit sensus ⁊ corrũpit. excecat enim oculos ⁊ visũ ne errorẽ suũ cognoscat ⁊ horrorẽ extremi iudicij expauescat. Qz excecat eos malicia eoz. Sap̃. ij. Tollit etiã auditum ne voci dei obediat. Qz dic draco ille antiquus hũani generis inimic⁹ lucifer ad quẽlibet diabolum: Exceca corpplũ hui⁹ ⁊ aures ei⁹ ne forte auri⁹ suis audiãt ⁊ corde itelligãt deũ ⁊ cõuertãt. Esa. vj. Tollit etiã discretionis odoratuz reddẽs ei

suauc qđ est fetidũ ⁊ amarꝝ. qz fetorẽ nõ sentiũt peccatores suoꝝ peccatoꝝ. sz potiꝰ in eis delectanť sicut sus iuolutꝰ luto. Tollit etiã spũalez gustũ ne mens possit spũalibus cibis delectari Juxta illud ps̃. cvj. Oẽm esam abominata est aia eoꝝ ⁊c. Aufert etiã spũalem tactũ. qz quãtũcunqz peccatores diuinis instructionibꝰ aut sermonibꝰ moueanť ⁊ tanganť. nõ tñ sentiunt sed ad bonas affectiones q̃si insensibiles fiunt. Jdeo dz de illis Johel. j. Jumẽta. ibꝰ ẽ homies bestiales vsu ratiõis carentes. cõputruerũt in stercore suo. i. in fetore suoꝝ pctõꝝ. Considera an non pctrix in illa maria magda. fuerit. Fuit enim intãtũ excecata q creatorẽ suũ nõ agnouit nec etiã potuit audire ꝟbũ eiꝰ. Jdeo venit celicus medicꝰ ⁊ lepraz cordis ipiꝰ abstersit. ⁊ oẽs sensus reformauit. Et q̃ pus non poterat audire ꝟbũ dei. sedebat quottidie secus pedes dñi audiẽdo ꝟbũ illiꝰ. Luc. x. Tertio miserabilis stat⁹ hui⁹ mulieris peccatricis ex peccati steri/litate. ostendit. Dicit Jsi. li. xij. e. iiij. Qui in illo loco vbi habitat basiliscꝰ oia desiccat. fructꝰ et herbas steriles facit: ⁊ exurit nõ solũ tactu/verũetiam sibilo ⁊ flatu circũiacentia oia destruit ⁊ corrũpit. Jta pctrix p basiliscũ designatum vbi abundat in aia hois oia virẽtia opa bona desiccat ⁊ infructuosa quo ad vitã eternã facit Sicut patuit in maria magda. q̃ in statu culpe nullã fecunditatẽ bonoꝝ operũ attulit. nullum imbrem spũalis gr̃e recepit vt dicere potuisset cũ ps̃. cxlij. Aia mea sicut terra sine aq̃ tibi Sz ſm Aristo. li. aialiũ. Basiliscꝰ occidit a mustela qđ est aial paruũ. nam munit se ruta ⁊ intrepide inuadit ipm ⁊ occidit Jta hũilitas marie magda. quãdo venit ⁊ se humiliter nõ ante pedes sz retro strauit veniã postulãdo lachrymis occidit in ea peccatũ. vt amodo fieret fructuo/sa. vt habeť Luc. vij. Et hoc q̃ ad pmũ. Qtuz ad secundum describit statum ipius iustificationis. ⁊ tangit gr̃e abundantiã. cũ addit. Sup abundauit ⁊ gr̃a. ꝓz q̃ notandũ dicit Gal. li. iij. secretoꝝ. Corpa frigida q̃ sunt calore euacuata: qñ igne accendunť tunc ferenti⁹ diutius/q̃ in calore ardoreq̃ subsistũt. Nõ ptz de quodam lapide p̃cioso qui albescon vocať qui est ferrei colorꝭ. De quo refert Soli. ꝺ mira. mũdi. q cum semel accẽdiť ab igne. oino extingui non põt. sed semp ignez retinet ⁊ ꝓseruat. Jta peccatores q̃ sunt frigidi dũmodo calore accẽdunť ab igne spũssancti feruenti⁹ ardent i amore ⁊ gratia dei q̃ illi q̃ semper calidi fuerunt in gr̃a ⁊ nũq̃ peccauerũt. Nõ ꝓbat btũs Greg⁹ sic inquiens. Plerũq̃ illi q̃ nullis se oppressos peccatoꝝ molib⁹ sciunt. stant q̃dem in via iusticie. sed tamẽ ad celestem patriã anxie nõ anhelant ⁊ plerũq̃ pigri remanent ad exercendum bona. p̃cipue q̃ securi sunt. q nulla cõmiserunt mala grauioza. At ecõtra bi nõnũq̃ qui se aliqua mala aut illicita gessisse meminerit. ex ipo suo doloze cõpuncti. ad maiorẽ dei amorẽ inardescunt. ⁊ qz errasse se cõsiderant dãna p̃cedentia lucris sequẽtibꝰ recompẽsant. hec ille Beꝺ etiã dicit Amb. in lib. ꝺ paradiso. Magꝺ post q̃ peccauim⁹ ⁊ scelera nostra cognoscim⁹. errores erubescim⁹. q̃ anteq̃ peccauimus peccata non esse putaueram⁹. Et declarat illud dicens Maria magda. qz post culpas ꝑpetratas turpitudinis sue maculas aspexit ad fontẽ miseri cordie currens lauãda cõuiuantes nõ erubuit Nam qz interius seip̃am grauiter erubescebat nihil qđ verecũdaret foris credebat hec Amb Ex hoc pz q iam totaliter fuit accẽsa in amore dei ⁊ ãmodo nunq̃ extincta fuit Sed hic dicit Greg⁹ sup illo ꝟbo Joh. xx. Maria stabat añ monumentũ. Huius inqt mulieris mẽtẽ quãta vis amoris accẽderat. q̃ a monumẽto dominí discipulis etiã recedẽtibꝰ nõ recedebat. quẽ non inueniebat. flebat inq̃rendo ⁊ amore eius accẽsa ardebat desiderio. Quãta etiã vis mentem eiꝰ accẽderat ostendit Orig. in omel. sup illo ꝟbo Joh. xxj. Ubi posuisti eũ. ego eũ tollã. Quid ẽ bone iesu. q maria dixit. ego eũ tollã. Joseph timuit ⁊ nõ fuit ausus tollere corpꝰ tuum de cruce nisi nocte. ⁊ nisi peteret ibꝰ a pilato Maria autẽ noctez nõ p̃stolať sz audacter postulat dicens. Et ego eũ tollam. O maria si forsitan corpꝰ iesu positũ est in atrio p̃cipis sacerdotum. vbi apostoloꝝ p̃nceps Petrꝰ se calefaciebat ad ignem. q̃d factura es? Ego eũ tollam O admirabilis huiꝰ mulieris audacia. o mulier nõ mlier. ⁊ si ancilla ostiaria interrogaret te quid facis? ego eum tollã. O inestimabilis mulieris amor nullũ excipit. nullũ anteponit sine timore dicit absolute pmittit dicito: vbi posuisti eũ ⁊ ego cuz tollã. O mulier magna ẽ fides tua. ⁊ magna ꝓstantia tua. hec Orig. Sz quia dicit Greg⁹ in omel. sup Joh. xxiij. Signuz dilectionis est exhibitio opis. Jdeo p opa exteriora ipa ostẽdit. q ipm dilexit veraciter. Et pncipaliter p opa pietatis. q̃ xpm induit mẽtaliter bysso ⁊ purpura scz puritatis ⁊ charitatis Juxta illud Prou. vltꝰ. Byssus ⁊ purpura indumentũ eiꝰ. Jpm corpaliter pauit. qz Joh. xj. legitur q martha ⁊ maria magdalena fecerũt ei ꝙuiuiũ. Jpm etiaz receperũt hospitio. Luc. x. Et cũ martha sorore eiꝰ ipm in tribulatione visitauit. qz cũ maria mr̃e stetit iuxta crucẽ Joh. xix. Jpius sepulture obsequium pbuit. Nz dz Marc. vltꝰ. Maria magdalene ⁊ maria iacobi ⁊ salome emerũt aromata vt veniẽtes vngerent iesũ. Refert etiã Joseph⁹ ⁊ ſm alios Egesippus. q totaliter erat in amore dei ⁊ gr̃a dei accẽsa q post ascẽsionẽ dñi. q̃diu vixit oẽ solatiũ humanũ declinauit. nec ex tedio p̃ntis vite

Ogabat ieſũ q

aliquē virū respicere voluit vt dulcedine soli⁹ dñi frueretur. Ideo de ipa potest exponi illud Ezech. xxxvj. Terra illa inculta facta ē quasi ortus voluptatis. Quia in statu culpe fuit terrenis affectib⁹ ⁊ carnalib⁹ voluptatib⁹ occupata. Sz in statu gre facta est ortus voluptatis i quo creuit flos viue ꝓdicatiōis .qz ꝓstātissime verbū dñi ꝓdicauit. Flos olei misericordie. qz xp̄m paupem vnguēto vnxit. Luc. xvij. Siliter flos rose martyrū. ⁊ lz non p sanguinis effusionē. tñ in mente p dilecti cōpassionē. s. xp̄i. qz aiaz ip̄ius marie magda. ptrāsiuit gladi⁹ doloris. Ita vt etiaz de ea pōt dici illud Luc. ij. Et tuā ip̄i⁹ aiaz ptransibit gladi⁹. scz cōpassionis Qz dic̄ Orig. in omel. qz spūs marie magdale. erat tā in corde xp̄i q̄z in corpe suo. Creuit vna in hoc ortu flos lilij v̄ginū nō carnalis sz spūalis. qz amorē suū nō ad angelos spargēdo diui dere voluit. sz toto corde ⁊ integritatis amore ad sponsū velociter anhelauit. Creuit flos violarū humiliū. qz etiaz hūiliter retro pedes dñi cos se ꝓstrauit. Creuit ⁊ demuz flos spice oiuz pfectionū. quia optimā ptē elegit q̄ nō auferet ab ea Luc. x.

¶ De eadem sermo tertius.

Rogabat iesū quidam pharise⁹ vt māducaret cū illo. ita scribit Luc. vij. Albert⁹ in. iij. sue sūme dicit q vent⁹ aquilonis est fortissimi flat⁹ eradicās arbores. ⁊ edificia fortia deijciēs. etiā abscindit pluuias ⁊ claudit pozos terre. Cui⁹ ratio ē. qz aquilo ē frigidus multū: ⁊ generat in loco multum frigido ⁊ inhabitabili. qz ibi nemo ꝓpter frigiditatē pōt habitare. Sed econtra ventus meridionalis ē calidus. ⁊ pluuiaz multiplicatiuus. qz aperit pozos terre. sic q materia pōt A eleuari: ⁊ in pluuiā ꝓuerti. ⁊ sic pōt terrā fecundare. vt dicit Auic. in li. de elemētis. Spūaliter p aquilonē intelligit diabol⁹. de q̄ dz Iere. j. Ab aquilone pandet omne malū. Quia omne malū peccati ab ip̄o ꝓcedit. h̄ est fortissime nature. Juxta illud Job. xlj. Non ē ptās sup terram que cōparetur ei. qz fortis est nec vllū timet ergo q̄ flat cōtra hoies q̄ ei non resistūt. illos deijcit in locum luxurie vel peccati. Sicut fecit regi dauid quem ꝓiecit in stercus adulterij. vt habet. ij. Reg. xj. Similiter salomō quē iecit in amorē alienarū mulierū. iij. Reg. xj. Idem fecit marie magdalene quā ꝓiecit in ꝓfunduz luxurie ⁊ aliozū peccatoz vt cōuenienter dici potuisset illud ps. lxviij. Infixus sum in limo ꝓfundi ⁊ non est substantia. Recte sicut arbor q̄ a vento deijcitur que ꝓus florida fuit indi/ sposita fit ⁊ marcessit. Abscindit etiaz diabol⁹ pluuias lachrymaz. qz vbi est in mēte peccatū criminale homo nō pōt flere ꝓ delictis. q̄ aūt flat auster hoc est gratia spūssancti tunc multi/ plicāt pluuie lachrymarū. Quia dicit Leo papa in ſmone Ab ip̄o spūsancto sunt lachrymе penitētiū. Nō patuit in dauid: qui afflat⁹ spūsancto vberrime fleuit ꝓ peccatis. Juxta illud ps̄. vj. Lauabo p singulas noctes lectū meuz. lachrymis meis stratū meum rigabo. Ideo dicit alibi. Flauit spūs eius ⁊ fluent aque. Idez ptz de maria magdalena q̄ in peccato fuit tam frigida. q ꝓ flere non potuit. q̄n autē in eā flauit gratia spūssancti vberrimas lachrymas effudit. Ideo canit ecc̄lia hodie dicēs: Flauit auster ⁊ fugauit aq̄lonez q̄n lauit coz marie penitentis imbze spūssancti. et hoc ptz in euangelio hodierno. In quo quidē p̄ncipaliter q̄ttuor describunt. Primo xp̄i a phariseo iuitatio. ibi. Rogabat iesuz. Scdo peccati a maria deplozatio. ibi. ecce mlier. Tertio pharisei ꝓtra xp̄m murmuratio. ibi. videns autē. Quarto mulieris pe/ nitentis excusatio. ibi. respōdēs iesus. De pri- B mo est notandū q ꝓ sapiētes homīes medicos fideles ⁊ magistros ꝓsueuerūt multiplicit honorare. iam eis reuerēter inclinādo ⁊ salutādo et a via coz eis declinādo: ⁊ q̄n q̄z ip̄os ad mēsas inuitādo. Quia p̄cipit hoc a spūsancto p os sapientis Ecc̄i. xxxviij. Honoza medicuz ꝓpter necessitatem corpis tui. etenī illuz creauit altissimus. Ita refert Joseph⁹ de seip̄o in cronicis q ꝓ quodā tpe Uespasian⁹ accepta licētia a Tiberio in Judeaz q̄ romano rebellauerat impio est ꝓuectus ad quādā ciuitatē nomie Jonapā in qua Joseph⁹ erat p̄nceps. ⁊ illā p̄mit⁹ est aggressus. quā cuz lucrat⁹ esset. venit ad ip̄m Josephus dicēs: Impator roman⁹ interijt ⁊ senatus te in impatorem elegit. Et cuz sic loquerēt venerūt legati romanoz̄ ipsū q̄z i imperiū sublimatuz asserunt. ⁊ eum romam deducūt. ⁊ ille reliquit Titū filiū suū in obsidione hierusalez. Audiens autē Titus patrē sublimatū in infirmitatē cecidit. qui cum curat⁹ esset ꝓ Josephū ip̄m inuitauit ⁊ in suam amiciciā recepit. ⁊ oēs ꝓpter ip̄m honozauit q̄ cum eo venerunt. Ita etiā fecit p̄nceps ille phariseoz Simon. quem xp̄s summ⁹ medicus a lepza curauit. Ideo volens facere sibi retributionē ⁊ honozem ipsum inuitauit. ſm q̄ dicit euāgelium. Rogabat ie sum q̄dam phariseus scz Simon lepzosus. qui licz fuerat mūdatus tamē vt ait Hiero. adhuc retinuit nomen vt diceret lepzosus. hic ꝓpter beneficia sibi exhibita rogabat iesum vt mādu caret cum illo. ⁊ ille ingressus domuz pharisei C discubuit. Querit hic glo. quare hic dominus rogari voluit cuz tamē ad Zacheū seip̄m inuitauit dicens Luc. xix. Zachee festinās descende. Respōdet q ꝓ fideles medici ceteris parib⁹ potius infirmos visitant q̄z sanos. qz nō ē op⁹ valentib⁹ medicus sed male habentib⁹. Dat.

ix. Sed q3 Simon reputauit se sanū Zacheus autem estimabat se infirmum. ideo non rogat⁹ venit ad ip̄m. ⁊ ip̄e fecit ei cōuiuiū. Sic christ⁹ multotiens venit ad nos nō rogat⁹. q3 sumope re sitit salutem hominuz. Jdeo dicit Apoc. iij. Ego sto ad ostium ⁊ pulso. scz p infirmitates ⁊ ammonitiōes. si q̄s mihi apperuerit intrabo ⁊ cenabo cum illo. Et nos debem⁹ ei aperire di/
centes: Jngredere benedicte domie quid foris
B stas Gen. xxiiij. ⁊ hoc quo ad p̄mum. Qtū ad secūdum ē notandū Aristo. j. metheoro. dic̄ q3 q̄ fontes vel fluuij sic generāt. Nam quādoq3 terra est porosa. in quibus poris sunt vapor et aer qui ꝓpter frigiditatem terre cōuertuntur i aquā. quo facto intrat alius vapor ⁊ aer ne re/
maneat vacuum qđ ⁊ natura non p̄mittit. ⁊ sic iterū in aquā cōuertunt. ⁊ sic deinceps. Jnueniens autē illa aqua exitus p meatus. ⁊ si ē magna dicit fluuius. si parua tunc fons appellat. Jta etiā generat aqua cōtritionis in hoie pec/
catore. Nam malus homo est vtiq3 aliquo mo
do porosus. hoc ē habet vtiq3 aliq̄d boni. quia ſm Aristo. iij. Ethi. Durum maluz seip̄m de
struit. Nō ꝓbatur exemplo de maria magda/
lena. que fuit mala quo ad statum culpe. sicut tangit euangelista dicens: Ecce mulier q̄ erat in ciuitate peccatrix. Et vt volūt doctores etiā fornicaria vt supra sermone. j. Sic exhibuistis membro p̄mo. Jdez ꝓbatur in exemplo. Legi
E tur q3 fuit q̄dā magister nomine Johes de flā/
dria. ⁊ sacre theologie ꝓfessor. hic predicauit parisi⁹ eam fore carne nō corruptā. qui fuit cō/
pulsus p magistros tā q3 erroneū reuocare. Et nō mirū q3 fuit talis. q3 habuit occasiōes ip̄am incicātes. Nam fuit pulchra de qua dr Prou. xj. Circul⁹ aure⁹ in narib⁹ suis mulier pulchra ⁊ fatua. Fuit ⁊ diues ⁊ abundans q̄ abundan/
tia occasio peccati est. ſm illud Ezech. vj. Hec fuit iniquitas sodome sororis tue saturitas pa
nis ⁊ abundātia vini. Fuit ⁊ ociosa qđ etiā est occasio peccator. Jdeo sequit Ezech. ibidem Ocium ip̄ius ⁊ filiarū. Et q̄uis ip̄a fuit mala ſm Gregl. vniuersis vitijs plena. tamē habuit aliquid boni. Et hoc fuit qđ sequit. Ut cogno
uit q3 Jesus accubuit in domo pharisei attulit alabastrū qđ ſm Jsi. li. xvj. c. v. Est gen⁹ mar/
moris in quo vnguenta seruātur diutius incor
rupta. Et hoc gen⁹ lapidis ideo portat. q3 ſm dioscor dicit valere ad amicicia obtinendam. Sic ip̄a p hoc designans q3 amicicia christi vo
luit obtinere. Hoc autē alabastrū impleuit pre
cioso vnguēto. q̄si dicēt. Scio q3 habet pedes imūdos. q3 vadit discalciatus. ⁊ habet pedes scissos a vento. Jdeo vnge eos vt citius ad pi
etatem moueas. Et q3 ita fuit porosa habēs in se illud bonū Jō spūssanctus generauit i ea im
brem. fontēq3 lachrymar quo etiam pedes ie/
su lauaret. Nō figuratū est Gen. ij. vbi legitur q3 fons ascendebat de terra ꝛirrigans vniuersā terre supficiem. Et est notandū q3 maria mag/
dalena multū p̄cioſioza fercula ad cōuiuiū por
F tabat q̄ pharisseus. Nam a pharisseo est inuita
tus marie ferculis saturatus. Primū ferculz fuit ꝓprie infirmitatis ⁊ peccator cognitio. qđ notat cum dicit euangelista. Ut aūt cognouit q3 iesus accubuisset i domo simonis leprosi at
tulit vnguentū Scoz glo. Maria deliberauit intra se. Ecce eni tu es peccatrix imundissima ⁊ diu iacuisti in peccatis. vidisti iesum intrātē in domū simonis qui ob hoc venit peccatores saluos facere et peccata dimittit. ⁊ peccatores dulciter recipit. modo obtulit se mihi. certe nō recedā ab eo. sed ibo ad eum ⁊ ponam me i ma
nus misericordie sue. Jdeo dicit beat⁹ Aug⁹. Nouit quāto morbo laborauit. ⁊ ideo illuz ad sanāduz esse idoneū. ad quē veniebat. infallibi
liter p̄sumebat. accessit immūda ⁊ recessit pur
gata. accessit egra et recessit sanata. Jdeo nos ꝓpriam fragilitatē cognoscam⁹. Non sim⁹ illi de q̄bus Bern. in p̄ncipio meditationū. Mul
ti multa sciūt. ⁊ seip̄os nesciūt. alios inspiciūt ⁊ seip̄os obliuiscunt. Accedamus cum maria ad x̄pm. quia nobis cē alibi malū est. Quia di
cit beatus Aug⁹ in li. solilo. Scio quia malum est p̄ter te domine. cōferam me ad te. vbi bene mihi sit de te. Scom ferculū fuit cōfusio q̄ tan/
gitur ibi ⁊ stans retro nō ad faciem. Talis fuit cōfusio publicani Luc. xviij. Hec ē cōfusio ad
ducens gr̄iam ⁊ gratiam Eccl. iiij. ideo sup cō/
uiuantes ingressa est. Nec ꝓpter hos penitere erubuit. cum indignaz se considerās. ad pedes retro stetit. Et potuit dicere Hester. j. Domie deus confundor leuare faciē meam ad te. quia multiplices sunt iniquitates mee. Hanc erube
scentiam debet habere q̄libet penitēs. q3 dicit beatus Aug⁹. Laborat penitens patiēdo eru/
bescentiā. quia magna est pena. ⁊ digna ē mise
ricordia. Jdeo melior ē modica amaritudo i
faucib⁹. q̄ eternū tormentū in viscerib⁹ Bern. in ſmone. Melius est nunc erubescere coraz
paucis q̄ coraz multis deo angelis ⁊ hoibus.
Tertium ferculū fuit magna humiliatio que i
G nuit ibi. Pecus pedes. non ad caput. Sed cur sic se humiliauit. quia magnū pondus peccato
rum ip̄am ad terram p̄mebat. quia ſm Mat. euāgelistā habuit septē demonia. et illa exibāt ab ea ante pedes iesu. Jux illud Abachuc. iij. Egrediat diabolus ante pedes ei⁹ Considera
uit eni q3 terrena ꝓcupierat ⁊ viros incaute in
spexerat. Jō p penitētiā cōterēs flebat vt dic̄ Greg⁹ in omel. Cōsiderauit etiā q3 ante cōuer/
sionem fuit tenebrosa frigida. imunda. ⁊ insipi
da. Lachryma autē est clara. hūida. calida. et salsa. ideo habuit lachrymas claras. vt aiaz te

nebrosam illuminaret. Lachrymas hūidas, ymūdā ablueret. calidas vt frigidā inflāmaret. salsas vt insipidā sale diuine sapiētie cōdiret. De his lachrymis dicit Chrys. Sic vehemens imber cū ꝓrumpit etiaz fit serenitas. sic lachrymis effusis apparet trāquillitas ⁊ perit caligo Quartū ferculū fuit hūilis satisfactio q̄ tāgit cū dicit Et capill' terſit. Qz ſm Greg'. capillos ad cōpositiōm vult' exhibuerat sz iā capillis lachrymas ꝛgebat. Quitū ferculū fuit vehemēs dīi dilectio q̄ innuit cum dicit. osculata est pedes ei'. Quia vana ore loquēdo peccauerat ⁊ ſupba dixerat. ideo nunc se deuotā exhibebat Fuit eni hec osculatio in signū recōciliationis quia fuit dei inimica. ideo osculabat pedes iesu in signum q̄ fuit deo recōciliata Illi etiā eū osculant qui ꝓ inimici effecti. postmodum ꝓ penitentiā sunt ad pacem reducti. Sextū ferculum fuit inenarrabilis eleuatio q̄ tangitur cuz subdit. Et vnguēto vngebat. Quia multotiēs se in corpore inunxit. ideo illud nunc deo exhibuit. Illis ferculis maria xp̄m pauit. licz ip̄m phariseus inuitauit. Ideo dicit Greg' i omel'. Ad pharisei prandiū dominus discumbebat. sed apud penitētez mulierem mētis epulis delectabatur. Apud phariseū veritas pascebatur foris. apud peccatricē mulierē sz tñ ꝙuersam pascebat intus. Sed mō nr̄e matrone seip̄as magnificantes habēt aliū modum cōfitendi. veniunt eni sine matura deliberatione. ⁊ q̄si cum risu nec verecundāt cum veniūt ad sacerdotem non se humiliāt. sed lateri suo se associant ac si fabularent. ⁊ hoc ad fecūdū. Ad tertiū ponit inuitatoris murmuratio. cuz addit. Videns autem phariseus q̄ vocauit eum ait intra se. hic si eet ꝓpheta ⁊c. Habuit eni phariseus similitudinem capre. De qua dic Plin. in specu. natu. Que vultum habet placidū humanū ⁊ amabilem. sed intus mordentē. qz semper homini insidiatur vt ip̄z perimat ⁊ occidat. Ita ip̄e christo in apparentia placiduz ⁊ amabilē faciebat vultū interi' autem stimulū detractionis. quia ip̄m arguebat. ſm qd dicit euāgelista. ait intra se. Si hic eet ꝓpheta sciret vtiq̄ que ⁊ q̄lis ⁊c q̄si diceret. Ignarus est. nesciēs eaz esse peccatricem. que tamē est publica meretrix. ⁊ ei' peccatū tota ciuitas cognoscit. Ideo dicit Aug'. O phariſee domini inuitator ⁊ irriſor. quanta tua ꝑsumtio. q̄ reficiendum inficit. non respiciens marie amaritudinē. que multo excellētius te eundem pascebat. Contra hunc etiam inuehit Qz huius mulieris maxime effluūt illi oculi lachrymis q̄ quōdā affluebāt lasciuijs. ⁊ nūc cōuertuntur ad fletum. qui quondā ad luxuriam. olim capillos cōpoſuerat ad decorem. variijs ligaturis aptauerat vt intuētiū ꝓuocaret affectus. Sed ecce spargit eas vndiq̄ ac ꝓfundit. ⁊ capillis lachrymas tergit. q̄s i capite delinire solebat vnguētis. hec ille. Qtū ad q̄rtū ponitur mulieris excusatio cū dicit euāgelista Rñdens iesus scz ad cogitationem. vt se plus q̄z ꝓpheta ostenderet dicens: Simon habeo tibi aliquid dicere. ait ille. magister dic. Et dixit domin'. Duo debitores erāt cuidā fenera/tori. id ē. vsurario Iste fenerator ſm glo. significat christum qui in baptiſmo gratiaz dat. In iudicio autē requirit eam tanq̄z sortez. ⁊ bona opera vltra sortem. Ille etiam ꝓ culpa mortali in hac vita ꝓpetrata ⁊ non deleta. exigit penam eternam. Isti ergo feneratori debem' q̄c/quid sumus. j. Pet'. j. Empti eni estis p̄cio magno. Secundo quicquid habemus. ſm illud. j Cor'. iij. Quid habes qd non accepisti. si accepisti quid gloriaris. quasi non acceperis. Ido sequitur. vnus debet denarios quingentos. ⁊ significat mariaz magdalenā q̄ duplo plus peccauit q̄z Simō. qz scz q̄nquaginta est ꝓportio decupla ad q̄ngēta. Ideo dicit alī scz Simō debebat q̄nquaginta denarios. Nō habentes ergo vñ redderēt donauit vtriſq̄z scz debitoribus. Qz peccatores non habēt vñ deo reddāt cū gr̄az dei amiserūt ⁊ cōsequēter omnia bona q̄ ad vſum debitum receperūt. Possunt enim peccare ꝓ se sed non de peccatis ꝓ se resurgere vt innuit ps̄. lxxvij. Homo est ſpūs vadēs scz in peccatum. ⁊ non rediens scz ꝓ se de peccato Ideo oportet cōcurrere misericordem dei donationē. qd̄ innuit hic. Donauit vtriſq̄z. i. misericorditer dimisit. Quis ergo eum plus diligit hoc ē diligere debet. Rñdens simō dixit. Estimo q̄ is cui plus donauit. at ille rñdit. Recte iudicasti. q. d. bñ respōdisti q̄ maria pl' me diligit q̄z tu. q̄lli plura pctā indulgeo. Greg' in omel'. Cum sua ſnia phariseī ꝙuincit. funē portat cū quo ligat. plus tenebatur peccatrix diligere ex dimisso. plus aūt phariseī ex cōmisso. Qz sibi cōmissa erat maior ſcia legis. oēs aūt homies tenent deū diligere ex dimisso. ex quo oēs peccauerūt ⁊ egent gr̄a dei. ad Roma. iij. saltem oēs ꝑdestinati. Similiter ex cōmisso. qz cōmisit vnicuiq̄ ꝺnq̄z talēta. Matth. xxv. Et sequitur cōuersus dñs ad mulierē dixit simoni. vides hanc mulierē. q. d. corpore cōsideras sed non corde. Et radarguit ip̄m ex triplici defectu pietatis dicēs: Intraui in domū tuaz sic hūilis ad detractorē. aquā pedib' meis q̄ erāt fessi non dedisti. hec aūt lachrymis rigauit pedes meos. ⁊ capillis suis terſit. q. d. sic tei opietatis excellit. Secūdo redarguit eum ex defectu charitatis dicēs. Osculū mihi nō dedisti quod est amicie signum. Hec autem ex quo. h est a tpe in quo sedi nō cessauit osculari pedes meos. Tertio redarguit euz ex defectu misericordie dicēs Oleo caput meū nō vnxisti pedes

meos illa vnxit. ꝓpterea. id ē. ꝓpter opa que mihi exhibuit. ⁊ quia se humilem ⁊ contritam ostendit. remittūtur. id est. dimissa ei ostēdun/tur peccata multa. quoniaꝫ dilexit multū. id ē. ostendit dilectionis signa multa. Cui autez minus dimittitur. id est. Simoni. minꝰ dilexit q̄ꝫ maria. dixit autez ad illam: Remittuntur tibi peccata tua. Super quo dicit Hiero. ad rusticum monachum. Meretrix pedes saluatoris lauat ⁊ crine detergit. ⁊ i typo ecclesie meretur audire. Dimittūt tibi peccata tua. pharisei superbia ac iusticia perijt. publicane humilitas: remissionez peccatorū meruit. hec ilic. Et ceperunt q̄ simul accūbebant dicere intra se. quis ē hic q̄ etiam peccata dimittit. quia ignorabant ip̄m esse verum deum. sed solū purū hominem iudicabant. Ideo dixit ad mulierē. Fides tua sꝫ charitate fundata ⁊ firmata. te saluaꝫ fecit vade in pace. Rogemus.

¶ Temporibus Karoli magni. scilicet anno domini. dcclxix. Girardus dux burgundie cum de vxore sua filium habere non posset. larga manu res suas pauperibus erogabat. et ecclesias multas ⁊ monasteria construebat. Cuꝫ ergo viceliacense monasterium construxisset. misit ipse ⁊ abbas ipsius monasterij monachū quendam cum decenti comitatu ad aquensem ciuitatez. vt inde si posset beate marie magdalene reliquias transportaret. Veniens igitur predictus monachus ad predictam ciuitatem cum ip̄am funditus a paganis destructam reperisset. casu quoddam inuenit sepulcrum. cuius sculptura marmorea demonstrabat q̄ corpus beate marie magdalene repositum intus erat. In ipso autem sepulcro historia eius miro opere sculpta erat. Nocte igitur illud effringens. assumptas reliquias ad hospiciū deportauit. In ipsa autez nocte beata maria magdalena eidem monacho apparuit dicens: ne timeret sed ceptum opus ꝑficeret. Rediens igitur cum ad mediam leuaꝫ a monasterio venisset. nullo modo inde reliquias mouere potuerunt donec veniente abbate cum monachis cum p̄cessione honorifice sūt recepte. ¶ Miles q̄dā qui singulis ānis ad corpus beate marie magdalene venire consueuerat. in p̄lio occisus est. Qui dum in feretro a parentibus plorarētur. magdalene pijs querelis opponebant. cur deuotum suuꝫ mori sine confessione ⁊ penitentia p̄misisset. Tunc subito qui defunctus fuerat. stupentibus cunctis surrexit ⁊ sacerdotem ad se vocari precepit. Cuiq̄ deuote confessus fuisset. ⁊ viaticū recepisset. ꝓtinꝰ in pace quieuit. ¶ Nauis quedā viris ⁊ feminis onerata naufragium ꝓtulit. Una autem femina cum esset pregnās. ⁊ se in mari periclitari cōspiceret maria magda. inquā tum poterat inclamabat. vouens q̄ si suis meritis a naufragio euaderet. et filium pareret. ip̄m eius monasterio condonaret. Statimq̄ femina quedam specie ⁊ habitu veneranda ei apparuit. que eam per mentū arripiens periclitantibus alijs incolumē ad ripā perduxit. Illa autem postmodū filium peperit et votum sunm fideliter adimpleuit. ¶ Aiunt quidam mariam magdalenam sponsam fuisse Johānis euangeliste. quam duxerat tūc quādo de nuptijs christus eum vocauit. Ex hocip sa indignata q̄ scilicet spōsum suum sibi abstulerat. abijt ⁊ omni voluptati se dedit. Sꝫ quia cōgruum non erat vt Johānis vocatio dānationis sibi occasio fieret. dominꝰ ad penitētiaꝫ ip̄am misericorditer conuertit. Et quia a sūma delectatione carnali eam remouit. ideo ipsam sūma dilectione sp̄rituali. que est in dei amore p̄e ceteris impleuit. Quod ⁊ de Johāne quidam fatentur. q̄ ideo dulcedine sue familiaritatis eū p̄ ceteris decorauit. quia a predicta delectatione eum remouit. Hec autem falsa ⁊ friuola reputanē. Quia frater albertus in probemio super euangeliū iohānis ponit q̄ hec spōsa de cuius nuptijs vocatus fuit ideꝫ iohānes in virginitate p̄mansit ⁊ in societate beate marie virginis matris christi postmodū visa fuit. ⁊ tādem fine bono quieuit. ¶ Vir quidaꝫ oculorum lumine p̄iuatus. cum ad monasterium viceliacense causa visitandi corpus beate marie magdalene veniret. ⁊ suus ei ductor diceret se ecclesiam iam videre. ille magna voce exclamauit: O sancta maria magdalena vtinam ali quādo videre merear ecclesiam tuaꝫ. statimq̄ oculi eius sunt aperti. ¶ Quidā dum peccata sua in quadaꝫ cedula scripsisset. eam sub palla altaris beate marie magdalene posuit. rogans eam vt sibi indulgentiā impetraret. Qui postmodum cedulaꝫ accipiens. peccata sua de ip̄a cedula omnino deleta inuenit. ¶ Quidam dū ob pecunie exactionem in compedibus tenere tur. mariam magdalenam in sui adiutorium in uocabat. Et ecce quadam nocte mulier quedā speciosa sibi apparuit. que vincula frangens ⁊ hostiuꝫ reserās sibi vt fugeret imperauit. Qui se absolutū videns ꝓtinus inde aufugit. ¶ Clericus quidam de flandria stephanus nomine in tantā scelerū īmanitatem ceciderat q̄ omnia exercens flagicia ea que salutis erant. non solum nō facere: sed nec audire volebat. In beatā tamen mariā magdalenā deuotionē magnā habens eius vigiliam ieiunabat ⁊ festum colebat. Dum igiē eius tumulum visitasset maria magdalena nec ex toto dormiēti nec ex toto vigilanti tanq̄ mulier formosa lugubres gerens oculos ⁊ duoꝝ angelorū dextra leuaq̄ sustentata p̄sidio apparuit. eiq̄ dixit: Cur quesso stephane indigna meis meritis facta repēdis:

cur labiorum meorum instantia nulla compunctione moueris. Ex quo enī deuotionez in me habere cepisti. p te dominū semper instāter exorauī. Surge igitur ⁊ penite neq; enim ego te deserā donec deo fueris recōciliatus. Ille igit mox in se infundi tātā grām sensit. q; secto abrenūciās. religionē itroiuit. ⁊ pfectissime vite fuit. In cui⁹ morte visa ē maria magda. iuxt fere/trū cū angelis astitisse. ⁊ ei⁹ aiam q̄si colūbam candidā cū laudibus in celū sustulisse.

De sancto Jacobo sermo p̄mus.

Accessit ad iesum

A mater filiorum Zebedei cum filijs suis ⁊ petens aliquid ab eo. Matth. xx. Dicūt naturales q; arbores que nō mouētur per ventū non faciūt fructum qui ad mēsas possunt poꝛtari dominoꝝ honorabiliter. Quia ſm p̄li. in spe. naturali. Arbores non mote vento. illo anno reddunt penit⁹ infecunde. Sed eo anno q̄ multa pflauerint vēti fertilitas multa arbores comitatur. Cuius rātio est. quia ventis quatiunt. per quā cōcussionem fertiles redduntur. Moraliter per arbores intelligunt homines. Juxta illud Innocētij li. j. de vilitate conditionis hūane. vbi dicit: Homo est quedā arbor euersa. cuius radices sunt crines. truncus ē caput cum collo. stipes pectus cuz aluo. rami sūt palme cum tibijs. frondes digiti sunt cum articulis. hec ille. Marc. viij. Videō homines vt arbores. hec arbor nō facit fructū eterni regni meritoriū nisi quatiat vento tribulatiōis ⁊ passionis. Scōz q̄d dicē beat⁹ Aug⁹. Nequaq; ad regnū celoꝝ puenire se iudicet. qui hic i arena tribulata turbidine non cōditur tribulatrione nec mēbra xp̄i se iudicent qui caput suū spinis coꝛatum in passionib⁹ non sequūtur. Cui consonat Act. xiiij. Per mltas tribulatiōes opoꝛtet nos intrare in regnum celoꝝ. Q̄d figurat Exo. j. vbi legit q; filij israel anteq; intrarēt in terram p̄missionis multipliciter fuerunt tribulati a pharaone in egypto Et hoc non p̄sidera bant glorioſi apostoli ⁊ p̄ncipes terre Jacob⁹ ⁊ Johānes. sed adhuc carnales petebant p regno anteq; paterētur ⁊ ventis tribulationū q̄/terētur. Jdeo respōsuz est eis. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem tē. quasi diceret. Per calicem passionis puenitis ad gaudium celest⁹ regionis. Et hoc dicit euāgelij. In quo p̄ncipaliter tria describūtur. Primo indiscreta petitionis p̄positio. ibi. Accessit ad ie/sum. Secundo illius digna reprehēsio. ibi. nescitis. Tertio quibus regnum celoꝝ paratur

tenuit iohannē. z vinxit eū in carcerem ppter herodiadem. Mar. vj. Poli. in spe. histo. li. viij. c. v. ait. Q aper est tante feritatis q etiā mortē puipendēs ꝙtra venatozes ferro intrepide se infigit. z ille transfixus ꝙtra sibi resistentē vires recolligit. z ꝫ est p̄nci/paliter qñ est in amoze. qz tunc p vxoze atrocit pugt. vngul terrā scalpit. setas erigit. culmos vibzat. z parū tūc comedit z macrescit. Spūaliter p aprū intellige peccatoz luxuriosum. q̄a tūc tal ferus est ꝙtra se arguentē. z p̄ncipaliter qñ arguit in amoze inordinato. Et ꝫ ptz in lib. phoz. vbi refert Endoxus q pitagoras veniens in quandā ciuitatē in q̄ vidit pplm in luxuriam lapsum. ipe aūt pplm in amoze existentez redarguit vt a luxuria cessarent. z ꝙtinentiam seruarent. Quidā ex eis incōtinentioꝛes ei insi-

dias parauerũt. ⁊ occidere voluerũt. Quare ꝟ
q; ille cõtinens fuit. isti luxuriosi. ⁊ sic dissimi-
liuꝫ fuerũt mozũ. Nõ sic dicit Sene. li. de aĩa
Aime dissimiliũ fuerunt cozpozũ. q̃ dissiliꝫa ha-
buerũt studia. Ita etiam fuit ad ꝓpositũ. Bea
tus Johannes ꝙ fuit castissimus. Herodes
aũt luxuriosissim⁹. Ideo cum ipm Johs argu
it de luxuria dicẽs. Nõ licet tibi habẽ vxozem
fratris tui. Ille q̃si aper ferox ⁊ frendẽs cõtra
suum venatozẽ sanctũ Johem. q̃ nitebaꝛ eũ ca-
pere rete ꝑdicatõis. insurrexit. ⁊ vxozem suam
adulterã defendit. ipm q̃ in carcerẽ misit. vt di
cit euangeliũ. Misit herodes ac tenuit ⁊c̃. In
quo tria ꝓncipaliꝛ describunꝛ. Quantũ ad pri
mum. Johãnis reꝓhensio amozosa. ibi. Nõ li-
cet. Scõo herodis obꝯuatio furiosa. ibi. He-
rodes ⁊c̃. Tertio Johis decapitatio dolozosa
ibi. Misso. Circa ꝓmũ est notandũ dicit in cõ
B muni ꝓuerbio. Qui veritatẽ loquiꝛ caput sibi
ꝓterit. de hoc legit in gestis Romanoz. q̃ Ty
tus impator in ciuitate romana instituit vt di-
es ꝓmogeniti sui ab oibus celebris haberẽt. et
ne occulte laborarent rogauit Virgiliũ vt arte
sua statuã faceret ꝑ quã occulte laborantẽ scire
posset. Ille aũt fecit statuã q̃ impatozis edictũ
nõ fuantes manifestabat. Interea q̃daꝫ faber
accessit ad statuã noie focas dicẽs. Per accusa
tõnem tuaꝫ mlti sunt interempti. Io voueo deo
meo si me accusaueris caput tuũ frãgã. ⁊ pcus-
sit caput malleo eius. veniẽtes igit̃ mistri regis
viderũt in fronte ei⁹ q̃ veritatem loquiꝛ q̃ ca-
put cõfractũ habebat. Quis intelligiꝛ per Ty
tum q̃ fuit mirificozs erga subditos suos nulluꝫ
abire ꝑmittens sine munere. sicut dicꝫ Suetoni
us. nisi ꝑ celestis intelligiꝛ q̃ est impator ange
lozũ. cuius mirificozdia plena est terra. nulluꝫ si
nens abire sine munere. q̃ pluit sup iustos ⁊ in
iustos. ⁊ oziri facit solem sup bonos ⁊ malos.
Mat. v. Hic ĩpator rogauit Virgilium hoc
est xpm filiũ suũ vnigenitũ vt sua arte ⁊ sapien
tia faceret statuã ꝟ est sanctũ iohem q̃ stetit for
titer adũsus malos eos arguẽdo. Matth. iij.
Genimina viperarũ q̃s demõstrabit vob fuge
re a ventura ira. Et ꝟ arguebat herodẽ dicens
Non licet tibi habere vxozẽ fratris tui. s. in cõ-
iugem raptã sibi. q̃ hoc est contra iusticiaꝫ. q̃
ꝑsciebat q̃ nullus vxozẽ fratris sui ipo viuẽte
duceret. Et hanc iusticiã btũs Johes defẽdit
C vsq̃ ad displicentiã regis. vsq̃ ad carceres. et
vsq̃ ad mozteꝫ. q̃ ꝓpendit illud Chryꝛ. super
Mat. Nõ solũ ꝓditoz est veritatis qui mẽda
cium ꝑ veritate loquiꝛ. sed q̃ nõ libenꝛ ꝓnũ-
ciat veritatẽ quã ꝓnunciare oportet. aut nõ li-
benter defendit veritatẽ quã defendere opoz-
tet. Iõ Johes ꝓnunciauit veritatẽ ne videaꝛ
ꝓditoz veritatl. ⁊ potiꝰ amicitiã herodis amit-
tere voluit q̃ relinq̃re voluisset veritatẽ. Odio
sus em̃ sibi fuit q̃ eũ de adulterio reꝓhẽdebat.
Iõ potuit dicere illud ad Galaꝛ. iiij. Inimic⁹ vo
bis factus sum veritatẽ vob dicens. vnde dicꝫ
euangeliũ. Herodes misit ꝙos suos ⁊ tenuit
Johem ⁊ vinxit eũ in carcerẽ. Non em̃ fecit ꝟ
in ꝑsona ꝓꝓria. sed suozũ. ⁊ tñ dicit euãgelista
q̃ ipe tenuit ⁊ vinxit. ⁊ hoc iõ. q̃ dicꝫ regu. iuꝛ.
extra de re. iuꝛ. Qui ꝑ aliũ aliq̃d facit est ac si ꝑ
seipm faceret. Hic dicit Chryꝛ. Herodes te ꝑci
nit causa. te arguunt vincula. te carcer accusat
te diuulgat in publicũ ꝓducta pena Iohannis.
vñ qui huius causaꝫ req̃rit. in te inuenit q̃ pe
niteat. ⁊ in Johanne quod doleat. Johannes
ozbi natus fame ⁊ ꝛtuti cognitus celebrãtibus
sanctitatẽ. ⁊ dũ attrahit ad se inq̃sitozes innue-
re facit vt tuus cunctis innotescat incestus. Et
vt te habeat confusio publica. quem cozrigere
non valuit secreta cozreptio ⁊ ꝓuata. Herodẽ
em̃ Johes monuit. nõ accusatõe pulsauit tãq̃
iusticie amatoz. vnde eũ cozrigere voluit nõ ꝑ-
dere nec pire. sed herodes facibus libidinis ar
dens pire magis voluit q̃ redire. vt vxozẽ fra-
tris illicite possideret. Quare aũt herodes mi- D
sit ipm in carcerẽ ratõz ponit euangelista dicẽs
Propter herodiadẽ vxozẽ fratris sui philippi
quã tulerat. Historiã vide supra ꝟmone prece-
denti mẽbzo ꝓmo. Quantũ ad scõm moraliter
est notadũ illa que in Johãne sunt facta. i pec-
catozibus quotidie implenꝛ. Per herodem nã
q̃ qui interꝑtaꝛ pellibus glorians intelligitur
diabolus qui in supbia gloriaꝛ. Hic ad instar
herodis ꝓmo mittit apparitozes suos vt decꝛ-
piant ⁊ capiãt iohannẽ. hoc est hoiem in gratia
dei existentẽ. quod figuratũ est. ꝯ. Re. xix. vbi
legit̃ q̃ saul misit lictozes ꝟ est punitozes siue
ministros. q̃ ꝑpto erant ad occidendũ vt appre
henderẽt dauid q̃ interꝑtaꝛ manu fortis. hoc ẽ
fortem xpianũ. quẽ ministri diaboli nituntꝛ cõ-
ꝓhendere ꝑ suasionẽ septẽ mortaliũ peccatozũ
Secũdo diabolus tenet ipam aĩam q̃ ꝓsensum
⁊ delectatõz. Quãdo em̃ temptaꝛ a diabolo ñ
nocet ei q̃diu non cõsentit nec delectaꝛ in pec-
catis. q̃ ꝝm augl. Cogitatio quantumcũq̃ tur
pis mentẽ non polluit. quãdo ratio non cõsen-
tit. Sed tales temptatõnes cogitationũ sũt me
ritozie. vt dicit Bonauentura. Sed moꝛ vt de
lectari ceperit ⁊ cõsentire capiꝛ manu diaboli ⁊
tenẽꝛ. Ideo dicit btũs Ambro. vt habẽꝛ alle-
gatiue. xv. q. j. nõ est. Neminẽ inquit iugo ser-
uitutis diabolus astrictuꝫ tenet. nisi se ei ꝓius
ere peccatozũ vendiderit. Quare monet Tobi
as quẽlibet homiem Tob. iiij. Omnibus die-
bus vite tue in mente habeto dñm deum tuum
⁊ caueas ne consentias peccato. quia peccatuꝫ
est rete ꝑ quod diabolus capit hominẽ pecca-
tozem. Facit em̃ ipse sicut aranea. de qua Isi. E
li. xij. q̃ plurima ꝙsuevit texere fila in fenestris

aut alijs locis patentibus ⁊ occultis ad muscas capiendū q̄ sunt sibi esce valō dulces. Sic diabolus ponit nob vndiq; hamos vt cape ⁊ tenē possit p pctā. ⁊ deniq; deuorare. Idcirco. b. petrus monet nos. j. Pe. v. Fratres sobrij estote ⁊ vigilate ⁊c. Tertio diabolus ligat aiam p cō sensuz peccati. pctā em̄ sunt vicula diaboli ⁊ cathene vt dicit aug⁹. ix. ꝯfeſſ. Quadrifomit vinculant peccatores. Quidā em̄ sunt quoruz pedes ⁊ crura liganť q̄si q̄busdā cōpedib⁹ ne possint ire ad eccl̄as ⁊ ad ſmones. ſz tñ in nocte ad furta vel homicidia ludos vel tabnas vadunt de his dicit ps̄. ciij. Hūiliauerūt in cōpedibus pedes ei⁹. ſ. pctōrs. Alij liganť circa ventrez ⁊ femora pctō gule ⁊ luxurie. de q̄ cathena dicit Esa. lvij. Si abstuleris de medio tui cathenā dabit tibi dñs de⁹ tuus reḡem sp̄. Alij sunt q̄rū corpus ⁊ lingua ligāť q⁹ turpia loquunť. de q̄bus Esa. lij. Solue vincula colli tui captiua filia syon. Alij sunt quoz brachia ferreis ligata sunt vinculis. sic vsurarij ⁊ falsarij. de q̄b⁹ vsurarijs refert Guil. pictauiensis. q̄ q̄dā frat valde religiosus vidisset in visiōe quendā hoiez i medio flāmaz pstratū. de cui⁹ vtero arboz pcedebat alta. in cui⁹ ramis hoies diūsi femie et masculi erāt suspēsi. ⁊ flāma ab imo pcedēte acerrime torq̄bāť. ſz ille q̄ in fundo iacebat sup oēs maxime torq̄bāť. ⁊ cū ille frat q̄reret a doctore suo q̄d h̄ esset. ait illi. Ille q̄ iacet in imo pr̄ fuit ⁊ pncipiū generatōis istoz oim. ⁊ fuit paup et p vsuras ascēdit. alij aūt oēs sunt filij ⁊ nepotes q⁹ ab eo pcesserūt imitati paternū scelus. ⁊ per vsuras acq̄sita possederūt ⁊ nec restituerūt. ido cū eo torquēť. Pat aūt sup oēs torq̄ť videndo eos q̄ p eū in h̄ tormētū venerūt. ⁊ pena ei p oibus augmētať. Quarto diabolus peccatorē in carcerat p ꝯsuetudinē peccatoz. qđ figuratū ē iiij. Re. xxv. q⁹ rex babylōie nabuchodonosor Zedechiā regē hierl̄m viuxit cathenis. ⁊ posuit eū in carcerē Sic diabol⁹ hoi facit p pctm̄ qđ est carcer diaboli. Quāto em̄ pctā sepi⁹ reiterā tur tāto feruēti⁹ sub ptāte diaboli ꝯfuanť. q⁹ si
F cut ait aug⁹. Recte sicut ianua regni celestī nobis apiť bonis opib⁹. ita ⁊ mal opib⁹ claudiť. Ipe igiť pctōr añq; poniť in carcerē dz velociter resurgē p pniam. ſm qđ monet Helinand⁹ di. Festina vt resurgas. nā si resurgē hodie est difficile. cras erit difficili⁹. Illd etiā legiť in vitaspa. q⁹ q̄dā frat abbatē zizonium inꝛrogauit q̄d facia pr̄ q⁹ cecidi? Cui ille. Surge inq̄t. ⁊ ille. surrexi ⁊ iterū cecidi. Rñdit. Nō desistaſ resurgēdo. in quo em̄ ope hō fuit inuēt⁹ in eo iudicabiť. Ecce quō herodes infernal facit hoi sicut herodes fecerat iobi. Et h̄ ad pmū. Quantum ad scdm̄ poniť herodis insidiatio furiosa.
G cū dz herodes aūt insidiabať ei. ſ. iobi. ⁊ quare certe ꝓpter suū adulteriū ⁊ luxuriā qđ iobs arguebat. iō ipa cantatrice pcurāte. vt dicit Josephus. herodes misit ip̄m in carcerē. vt ei ex h̄ cōplaceret. Potz igiť q̄tū malū est adulteriū Propter illud em̄ ioseph castissim⁹ missus ē in carcerē. Sicut legiť Gen̄. xxxix. q⁹ vxor phuti faris dixit ad ioseph q̄ erat pulcer facie ⁊ decorus aspectu. Dormi mecū. Illo aūt nō acquiescēte opi nephario. accusauit ip̄m coz marito dicēs. Ingressus est ad me vir hebre⁹ quē adduxisti vt illuderet mihi. vir aūt credul⁹ vbis ei⁹. ad cōplacentiā ip̄i⁹ misit eū in carcerē. q̄ tñ nō meruit sed ip̄am de h̄ sepi⁹ arguit. Ita etiaz Jobs q̄ arguit herodiadē de ope nephario iussu eius missus est in carcerē. Illud adulterium occidit vriā fidelem militē. Legiť. ij. Regū. xj. Postq̄ dauid adulteriū cōmisit cum bersabee vxore vrie ducēs eā in domū suā. misit nūciuz ad Joab dicens. Mitte vriam ex adūso belli vbi fortissimum est p̄liū. ⁊ relinque euz vt percussus intereat. quod ⁊ factū est. Et plura alia mala fecit adulteriū que enarrat Innocentius papa li. ij. de vilitate humane cōditōnis. c. xxij dicens. Hoc pentapolim cū ingenti regione subuertit. filios Hely in bello deleuit. Uriam occidit. ⁊ psbyteros lapidauit. sicut patz Baň. xiij Sampsonē seduxit. Salomonē puertit. vires euacuat. sensus diminuit. dies consumit. opes effundit. Hec ille. Sic etiā hic dicit q⁹ herodes
h voluit Johannē occidere nec poterat. Et seq̄ť ratio. quia herodes metuebat Johem sciēs eū fore virum iustū ⁊ sanctū. vbi dicit glosa. Metuebat eum ꝓpter p̄dicatōis veritatē quam audiebat. ⁊ sanctitatē vite quā videbat. que duo necessaria sunt p̄dicatori. vt cōstantia p̄dicatōnis malos arguat. ⁊ excellentia vite ad sanctitatem alios alliciat. Et si vnū defuerit nomē p̄dicatoris non habebit. quia dicit Chryſ. ⁊ ponitur. xl. di. c. multi. Multi bñ viuēdo ⁊ bene docendo populū iustruūt quomō viuere debeat. bene aūt docendo ⁊ male viuēdo deū istruis quomō debeat te damnare. Ideo Johānes habuit hec duo ⁊ libēť etiā audiebat a suo adūsario herod. de q̄ subdiť. Et audito eo multa faciebat. ⁊ libenť eum audiebat. vbi dicit glosa. Ueritatem infatigabiliter p̄dicantē ⁊ ea que p̄dicauerat facientē quis nō timebit. ⁊ quis seq̄ ⁊ audire abhorrebit. Sed q̄uis eum libenť audiebat. tñ cum eū arguit de adulterio ip̄m odiebat. ſm illud Prouer. ix. Argue sapientē et diliget te ⁊c. Ideo vt dicit magister in scola. his. Desiderantes herodias pariter ⁊ herodes occasionē aliquā inuenire vt Johannem occidere possent. videnť inter se secreto dixisse natal sui diem corporis p̄mis galilee celebrare ⁊c. vt supra sermone precedēte. Ideo dicit euāgeliū Cum dies oportunus accidisset. herodes in natali suo cenam fecit p̄ncipibus ⁊ tribunis et p

mis galilee. Circa qđ notandū q ꝙ uiuia raro
solēt fieri absq; peccatis. qz dic̄ Gre. j. moza. Ex
aliq̄ sunt vitia q̄ a cōuiuijs separi vix pñt. aut
certe nequaq̄ pñt. Pene em̄ sp epulas comita
tur voluptas. Nā dū corp⁹ in refectōis ōlecta-
tōe rēsoluit̄. cor ad inane gaudiū relaxat̄. vnd̄
scriptū est Exo. xxxij. Sedit ppl's mād̄ucare t
bibē t surrexerūt ludē. Jō ꝙsulit Catho dicēs
Cōuiua raro. Ita etiā in b̄ ꝙuiuio herodis tria
vitia insit̄ fuerūt. Primū fuit celebratio natal'.
q̄ qđem a nob fieri nō dz. qz dicit venerabil' be-
da in ome. euangelij hoc. Nō em̄ festum natal'
nr̄i in memoriā reuocare debem⁹. nō vltiz tps
illecebris indulgē carnalib⁹. sz pot⁹ die exitus
nostri pnie lachrymis t pcibus crebrisq; pueri-
cie iunijs. Quare aūt diem natalē celebrare ñ
debem⁹ ostendit Innoc. vbi ꝫ. li. j. c. v. di. Ge-
neramur oēs sine sci'a. sine v̄bo. sine v̄tute. na-
scimur flebiles. debiles imbecilles. parū a bru-
tis distantes. Nam illa stati post̄q; nascūt gra-
diunt̄. nos aūt erectis pedib⁹ nō solū nō incedi
mus. verūetiā curuatis manib⁹ vix reptamus
Jō dicit eodē li. c. j. Quis det oculi meis fontez
lachrymaz vt ꝺfleā hūane ꝙditōis ingressū et
culpabilē hūane generatōis pgressuz. t dāna-
bilem dissolutōis egressuz. Si herodes ista āte
oculos habuisz. natal' sui diem nō celebrasset.
℟ Scōm pctm̄ fuit saltatio puelle luxuriose. qđ
tangit euangelista ibi. Cū introisset puella filia
ipi⁹ herodiadis t saltasset. placuit herodi simł
q̄ discūbentibus. Hec saltatio fuit occasio ār̄e
caput scissimi ppbe Johis fuit pcisuz. Jō de
b̄ pdixit Sapiēs Ecci. ix. Luz saltrice ne sis as
siduus. nec audias illaz. ne forte peas efficacia
ei⁹. O pessima mł t iniquus pr̄. q̄ pus docuer̄
filiā suā saltare t chorizare q̄ orare. Per cuius
saltū Johes q̄ interp̄tat̄ dei gr̄a est occisus. Sic
etiā in chorearū saltibus modernarū nō solum
gr̄a dei occidit̄. sz timeo q̄ xp̄s denuo crucifigi
tur. t passio eius renouat̄. Qz legit̄ in lib. de se
ptē donis spūssancti de qđā nobili iuuene quē
pr̄ deo dicauit. Hic qđā die circa crucē orās oc
currit sibi in mentē qđ b̄ esset qđ hoiem magis
alliceret ad pctm̄. t in quo deus pl⁹ vituparе-
tur. Dū sic lachrymās oraret vidit iuuenez pul
chrū. t cū b̄ chorizatōz magnā q̄ transeūtes cir
ca crucē in p̄mo circūitu q̄libet dabat vnū ictuz
sup clauos crucifixi. Cūq; facerēt scōm circūi-
tum coronā de capite xp̄i sumentes crucifixi pe
dibus ꝙculcabāt. In tertio circūitu plāct⁹ eius
deridebāt. In ār̄to in faciē eius expuebāt. In
q̄nto lat⁹ ei⁹ pforabāt. In sexto blasphemabāt
Quo fctō iuuenis q̄ duxit chorea ait ad eū Ro
gasti deū vt oñderet tibi qđ pl⁹ alliciat homiez
ad pctm̄ t in q̄ deus pl⁹ vituparet̄. Jō ego qui
sum p̄nceps inferni t chorizatōis ꝓcurator ex
p̄cepto veni huc cū ministris meis vt tibi exponā
qđ rogasti. Pr̄io extensio brachioz fit in vitu-
periū extensionis brachiorū xp̄i. Scōo p fruz
culcatio corone capitis xp̄i. Tertio p cātū vi-
tuperat̄ plāctus xp̄i. Quarto salt⁹ fit i derisiōz
Quinto p ornamētū cōspuit̄ xp̄s. Sexto p le-
ticiā cordis apik latus xp̄i. Vide miser saltator
t ignobil' saltatrix q̄ peiozes estis iudeis q̄ cri-
stum crucifixerūt t derisērūt in terris trāseun-
tem. vos aūt in dextera p̄is in celo regnantez
Tertiū pctm̄ fuit regis temerariū iuramentuz
qđ tāgit euāgelista. Rex aūt ait puelle. Pete
a me qđ vis dabo tibi licz dimidium regni mei
sup q̄ dicit hiero. in glo. Jō forte iurauit vt oc-
casionē occidendi h̄ret. qz nō audebat p̄ popl'o
q̄ Johem tāq; pphaz habebāt. Et ptz ex b̄ q̄
q̄siuit occasionē mortis. qz si illa interitū patri
vel mr̄is postulasset. herodes nō ꝙsensisz Illa
aūt subordinatio ptz ex illo q̄ filia petiuit cōsi-
liū matris qđ peteret dū exiuit de ꝙuiuio ad eā
dicēs. Quid petā. Jp̄a em̄ debebat dare consi-
liū q̄ dudū mētale fecerat homicidiū. quia vole
bat eū occidē sz nō poterat. Sz qz nūc positum
fuit ad suū cōsiliū t edictū. Jō caput iohis ba-
ptiste nihil aliud petas dixit. Hoc ido dixit vt
hāc lucernā euelleret q̄ ip̄az sepi⁹ arguebat Di-
cebat em̄ ad filiā illō Bap̄. ij. Circūueniam⁹. i.
decipiam⁹ iustū. qz inutil' est nob t ptrari⁹ opi
bus nr̄is .. q. d. Cū nos volum⁹ viuē carnaliter
t nō ſm legem diuinā t dictamē recte rōnis. t
nos sup b̄ vult arguere. Instructa igit̄ filia a
mr̄e oi postposita verecūdia v̄ginali. nō erube
scebat cōuiuantes. intrat nō petēdo sz imperā-
do dicēs. Volo vt ptin⁹ des michi in disco ca-
put iohis baptiste. Hic dic̄ Cryp̄. in ome. In-
trat bestia nō puella q̄rit amputare nō saltare.
discūrrit fera nō femia. seuitia crescit. augmen-
tum fit fraudis. crudelitate nō corpe est singla-
ris. fera em̄ capit p̄dā. fremit ore. dētibus fren
det fetū nō suscipit sed p̄icit. Tūc ꝙtristat⁹ est
rex ppter iusiurandū. Sup quo dicit Beda i
Ome. hoc. Hec tristicia herodis nō ablutō est
sed confessio sceleris. Sic plerūq; reprobi t co
noscunt se t fatent̄ errasse. nec tñ a pctō q̄escūt.
illi equali penitētia ac confessione cōtra ip̄os te
stimoniū dant. qz non nescij delinquūt cū a pec
cato quod culpant se cohibē nolūt. Qui tñ he-
rodes tristiciā mōstrabat in vultu. sz occulte le-
tabat̄ in mēte q̄ ea petebāt̄ q̄ antea facere dis-
ponebat. q̄ si caput herodiadis peteret. nulli
dubiū q̄ b̄ nullatenus daret. ppter iuramentū
aūt t eos q̄ parit̄ accūbebāt iussit dari. iussitq;
decollare. Voluit eam ꝙtristari ppter discum
bentes. sed misso spiculatore p̄cepit amputare
caput Johannis in carcere. t attulit caput ei⁹ i
disco. t dedit illud puelle t puella dedit matri
sue. Super quo dicit Chrysosto. Audisti fres
q̄ta sit nata de voluptate crudelitas. de libidi

ne impietas. allatū est caput iohis in disco. qui salutares monitões dabat de incestu. q. s. nō li ceret. mensa migrat in caueā. xtūs dñs i araneā Fiunt de prāsoribus peccatores. mutat feruore quiuiū. fit cib⁹ cades. vinū trāsit in sāguinez funus apponit in natali. in ortu exhibet occasus. quiuiū mutat in homicidiū. organa xtutū in fumos. hec ille. Hic dicit glo. b fuit impietatis genus q tā beatū caput ad vni⁹ pessime et lasciue saltatricis amputarū est petitōz. in q̄ fuerunt illi bti oculi q̄ totiens ip̄m xp̄m nō modica spūali dulcedie. et etiā spūsanctum in specie colūbe intuebant. in q̄ fuerūt ille aures q̄ voce p̄is audierāt. in q̄ ille nares in q̄bus olfact⁹ totius trinitatis delitiarū spūal'r erat. labia q̄ totiens xp̄i testimoniū formauerūt. lingua q̄ taz dulcit approp̄inquationē regni celestis clamabat. et gust⁹ q̄ olim xtutū aromata incessant degustabat. Et audiētes b discipuli ei⁹ tulert corpus eius et posuerūt in monumēto. et sic legit i hist̄oria eccl'astica lib. xj. Johes in castello arabie dicto machētanta fuit vinct⁹ et capite truncatus. discipuli aūt corp⁹ capiētes. vt legit .xij eccl'asti. hi. et apud sebastē ciuitatē palestine heliseū et abdiam sepelierūt. et ad eius tumultum mlta miracula fiebāt. Qđ videns Julian⁹ apostata ꝛc. quere vlterius in legenda.

De natiuitate Marie Sermo p̄mus.

Plantauerat autē dñs deus paradisum voluptatis ab initio. Ita scribit Gen. ij. Petrus de cres. li. viij. de rurali cōmodo dicit. Qui vult viridarium plantare debet liberare vel mūdare locum ab herbis et radicib⁹ adulterinis. et vbiq̄ aquam feruentissimā fundere. vt reliq̄ radicū et seminū in terra latentiū nō valeāt germinare. et si illō viridariū debet esse regū vel illustriū virorum ac dñoz docet ibidē. c. iij. q̄ eligat locus planus. nō paludinosus. in q̄ sit fons fluens et cingatur muro et plantent in eo diūse arbores aromatice in q̄bus se occultent animalia in viridario currētia. Fiat ibidem palatiuz spaciosum in q̄ rex moret cū voluerit gues cogitatōnes effugare. animūq̄ gaudijs et solatijs renouare. lepores. capoli. cerui et similia. filomene alaude. merule caladrij. et oia genera volatiliū canētia collocē tur. Spūal'r p viridariū intelligit viridissima et floridissima xp̄go maria q̄ viuit in ope bono et xtute. ita vt dicē pōt cōuenient illō Ecci. xxiij In me omis gra vie et xtutis. b viridariū celestis pat⁹ hre voluit p filio suo q̄ est impator celoz̄ et rex magnus oim terrenoz̄. Fm illud ps. xciij. Ipe est rex magnus sup oēm terrā. Jōo mūdauit ꝑus illud ab oibus herb. s. malignoz oim mortaliū peccatorū q̄ inherēt pueris a parentibus. q. Fm doctores. nisi esset i vtero mundata et sanctificata. natiuitas celebrāda nō esset ideo mūdata et aq̄ feruētissima oim gra⁹ est profusa. vt amodo nulla radix peccatorū in ip̄a potuit pullulare. vt dicit aug⁹. in li. de natura et gr̄a. Et q. ip̄a erat floriferū viridariū in q̄ habitare debebat rex regū oim. Jō debuit esse planum b est hūile et mundū et nō sordidū p pctm. q. Fm Bern. in Fmone. btā xp̄go et si virginitate deo placuit tñ ex hūilitate cōcepit. In b oz natissimo viridario fuit fons miscdie et manet in euum. sine quo fonte miscdie et gratie nulla virtus potest in nobis crescere. Ideo debem⁹ clamare cum sapiente Prou. v. O maria diriuentur fontes tui foras et aq̄s tuas diuide i plateis Fuit etiam b viridariū muris xtutū cinctū. q. os claudit taciturnitate a vanis xbis. man⁹ ab operibus prauis. cor suū clausit a cogitatōibus immūdis. ita q̄ spōsus de ip̄a dicat Canti. iiij. Hortus cōclusus soror mea spōsa. ort⁹ ꝯclusus. Insup plantate sunt in hoc fructifero viridario diuerse arbores aromatice. ibi est cedr⁹ contemplatōnis excelse. cipressus odorifere fame. palma gloriose victorie. rosa mire patie. oliua i finite miscdie et platanus fidei pfecte. In his arboribus diuersis diūsimode se occultāt animalia. aliqua sub arboze cōtemplatōis sicut cōtemplatiui. alia sub cipresso bone fame. et sic de alijs. In hoc viridario est cōstructū solēne palatiuz quod est cor huius sacratissime xp̄ginis in quo dñs omniū suū gaudiū sepius innouat. et ibidē requiescit. Fm illō Ecci. xxiij. Qui creauit me requieuit in tabnaculo meo. In isto glorioſissimo viridario fuerūt lepores diuini timoris. capioli ad omne bonū velocitatis. et cerui placidissime amabilitatis. Ibi fuit filomena nocturne oratiōis. alauda diurne deuotōnis. Qui nocte diuq̄ laudauit dñm vt dicere possit cū ps. xxxiij. Benedicam dominū in omni tempore. semp laus eius in ore meo. Uñ tale viridariuz plantauit dñs in vtero b. Anne. et hodie pullulauit p gl'osam natiuitatem. ita vt dicere potest eccl'a. Plātauerat dñs. In q̄bus xbis duo describunt. Pdio natiuitatis figuratō. ibi. Plantauerat dñs. Scdo xp̄ginitatis collaudatio. ibi Paradisum voluptatis. De p̄mo est notandū Fm naturales. añq̄ venit iocundū tps veri in quo arbores florēt. prata rident. cāpi germināt nemora frondēt. oiaq̄ nascēntia ẽre in viriditate psistāt. diūsa p̄curruṫ nūcia q̄ suo aduentu b amenū tps p̄figurāt. ꝑus alauda se a ẽra eleuādo in aera dulcit modulat et discātilat. filomena in noctis silentio simphonizant modulizat. Sic spūal'r xp̄go bn̄dicta est arbor celestis pferens folia. flores. florētes frondes et fruct⁹ Folia fuerunt ei⁹ sanctissima xba q̄ ptulit. Fm illō ps. xlij. Eructauit cor meū xbū bonū Flores fuerūt xtutes. De q̄bus Can. ij. Flores appa

ruerūt in terra nr̄a. Fructus h⁹ scissime arbor fuerūt opa eius. De q̄ Can. ij. Fruct⁹ ei⁹ dulc gutturi meo. Maria est p̄atū floriduz. q̄ ꝑm Bern. speciosis oīm ꝟtutū floꝛib⁹ delectabilit ꝟnat. Inter q̄s tres excellūt folia hūilitatis. liū castitatis ⁊ rosa charitatis. Maria ē cāpus bn̄dict⁹ q̄ sine oi auxilio hūano genuit floꝛē speciosum. q̄ dicit Can. ij. Ego flos cāpi. h̄ est marie. Ip̄a est nem⁹ in quo oēs ꝟtutū crescunt arbozes. q̄ figurata fuit ꝑ rubū ardētē ⁊ nō cōbustum. Exo. iij. Hz añq̄ arboꝛ ista floꝛēs. p̄atū ridēs. cāpus germinās. ⁊ nem⁹ frondēs p̄ natiuitatē sanctissimā pullularet ⁊ se mōdo demonstraret diuīs nūcij ⁊ figure ip̄i⁹ natiuitatē p̄figurantes p̄cesserūt. Jō dicit Bern. supmissus est Mōs moysi mōstratū est in rubo ⁊ igne. Aaron in ꝟga ⁊ floꝛe. Gedeoni in vellē ⁊ roꝛe. Salomoni in forti muliere. Hieremie in femia circūdante virū. Esaie de ꝟgie ꝓcipiēte. Gabel tandem nascituꝝ nunciauit ⁊ exhibuit salutando. Dico p̄mo q̄ maria nūciata est ⁊ p̄figurata per padisuz quē deus plātauit a p̄ncipio in q̄ posuit hoiem quē formaūat. Gen. ij. q̄ ip̄a tāq̄ padisus voluptatis plātata est in mēte dīna ab eterno. Teste Anſ. q̄ ait in li. de ꝓceptu ꝟgiali. Maria in mente diuia añ ꝓstitutōz mōi fuit p̄ ordinata. Idem ip̄a testat in ep̄la hodi. dicēs. Dñs possedit me abinitio viaꝝ suarū. Prou. viij. Idē Ecci. xxiiij. Ab initio ⁊ añ secl̄a creata sum. Sed q̄uis h̄ padisus delitiarū fuit formatus ab ēterno. tñ hodie ꝓcessit in lucem mūdi ꝑm q̄ canit eccl̄a petēdo. Nos hac die tibi gregatos tua ꝟgo in lucē mūdi ⁊c. Scdo figurata est Gen. iij. vbi dr. Ip̄a conteret caput tuum. Que fuit hec ip̄a? certe nō zara pulcherria. nō Lya fecūdissima. nō Rachel speciosissima. nō Anna deuotissima. nō Abigail p̄udentissima. nec Susanna castissima. q̄ de istis nō est p̄dictum ꝟbū añdictū. Hz de q̄ dictū est? verissime de maria. q̄ caput infernal⁹ ꝑpentis ꝓtriuit. Jō dicit Carnotensis epūs Fulbtus. Eternus deus ait ad veterē ꝑpentē. inimicicias ināt ponā inter te ⁊ mlierem. ip̄a cōteret caput tuū. Quid est caput ꝑpentis ꝓterere. nisi p̄ncipalē suggestionez diaboli supare. Si q̄ q̄runt q̄ nam mler operata sit huiuscemōi victoriā. nō repit in linea generatōis hec donec pueni ad mariā. q̄ ꝑpens caput ꝟtute pedis ꝓtriuit. i eo q̄ ꝟginitatez et hūilitatē ꝟuauit. hec ille. Jō gaudeāt ⁊ letētur oēs pctōꝛes. q̄ hec mler p̄figurata olim. hodie nata est. q̄ diaboli caput ⁊ ptātez abstulit. ne nobis nocē possit q̄tū velit. Tertio p̄nunciata est Nume. xxiiij. vbi dr. Orietur stella ex Jacob. Merito btissima ꝟgo maria stella vocat matutina. q̄ ꝑm naturales hz fures terrē. lupos fugare. infirmos releuare. aues ad cantū icitare. Sic maria hz terrere demones fugare furel aimaꝝ. De q̄bus Joh. x. Fur non venit nisi vt furet ⁊ mactet ⁊ pdat. ip̄a etiā hz effugare lupinos hereticos. ꝑm illud. b. Gre. Gaude maria ꝟgo cūctas hereses sola interemisti in vniūso mūdo. q̄ añ natiuitatē marie m⁹te hereses pullularunt q̄s maria oēs extirpauit. Hz etiaz maria releuare infirmos. Recte em̄ sicut est naturalit q̄n stella matutina oꝛit tūc infirmi melius hñt. q̄ infirmitas releuat. iō tunc debiles magis gtulant. Sic nata. s. maria stella p̄clarissima oēs peccatores sunt releuati. Jō merito debent gaudē. q̄ cait eccl̄a. Ntitas tua dei genitrix ꝟgo gaudiū annūciauit vniūso mōdo. Habet igit etiā maria aues celestes ad cātū excitare. q̄ sicut refert Johs beleth ⁊ Guil. in rōnali diui. li. vij. Tūc maria hz tres aues ad cantum excitare. Quidā vir sanct⁹ sedule ꝓtēplatōi insistēs singul annis. vj. idus septēbr in oꝛoe positus. iocūdissimā solennitatē angeloꝝ ⁊ ꝓcētū audiuit. Cūq̄ sibi deuotissime reuelari peteret cur q̄libet anno illa tm̄ die ⁊ nō alia h̄ audiret? diuinū accepit rn̄sum. q̄ ꝟgo maria gl̄osa tali die fuerit mūdo nata. ⁊ iō h̄ manifestaret filijs eccl̄e sancte vt ꝓcordes fierēt in hac celebritate celesti curie ⁊ in hac celebri die festū natiuitat⁹ marie instituerēt. Hū aūt h̄ summo pontifici ⁊ alijs intimasset ⁊ illi ieiunijs ⁊ oratōib⁹ ⁊ scpturis ⁊ antiq̄tatū testimonijs veritate cōperissēt hūc diem in honoꝛē natiuitatis marie ꝟgis celebrandū vniūsalit statuerūt. Quarto p̄nūciata est maria Esa. xj. vbi legit. Egrdiet ꝟga de radice iesse. ⁊ flos de radice ei⁹ ascēdet. Hec ꝟga fuit maria q̄ dr fuisse de radice iudeoꝛū. sed tm̄ egressa ē cōtra naturā radicis. Radix em̄ ad ima ꝟga ꝟo ad altitudinē tēdit. radix in terra. ꝟga in aere ꝑficit. Sic iudei petebāt ima vitiorum. illa alta ꝟtutū. illi erāt fixi in ērā ꝑ cupiditatem terrenoꝝ. hec in aere ꝑ auiditatē celestiū illi pascebant amoꝛe carnali. hec nutriebat amoꝛe spūali. illi ꝓstringebāt frigoꝛe infidelitat⁹ hec fouebat caloꝛe caritatis. Jdē etiā nunciauit p̄s. cix. Virgā ꝟtu. t. e. d. ex sy. Et h̄ factū ē hodie cū hec brissima ꝟgula ex radice iesse. h̄ ē ex vtero m̄ris sue anne q̄ fuit ex stirpe iesse. ē felicit egressa ꝑ natiuitatē. sicut declarat Phil⁹ tus cardinal. Stirps iesse ꝟgaz ꝑduxit. ꝟgaq̄ floꝛē ⁊ sup hūc floꝛē reꝙescit spūs alm⁹. Et subdit ill⁹ exponēdo di. Virgo dei genitrix. ꝟga ē. flos est fili⁹ ꝟgis. Flos cādid⁹ ⁊ rubicundus elect⁹ ex milib⁹. flos in quē desiderāt p̄spicē angeli. flos ad c⁹ odoꝛē reuiuiscūt mortui. felix silua q̄ ꝑduxit h⁹ floris ꝟgā. felix magis ꝟga q̄ ꝑduxit hūc floꝛē. hec ille. Et tm̄ de p̄mo. Qtum ad scdm poit ꝟginal⁹ collaudatō. cū dr. Paradisū voluptat⁹. Jn̄t sec⁹ares amatoꝛes scim⁹ h̄ esse cōe q̄ vnusq̄sq̄ tal⁹ q̄ cordialiter diligit aliquā ꝟginē ⁊ dñaz speciosam. ip̄am studet eq̄re

q̄buſcūq̄ pōt ſpecioſiſſiue p̄cioſis.ſic̄ pōt videri de ſalomone in li. Cañ. Sic eſt in ꝓpoſito.b. Moyſes videns in ſpū.b.mariā ſpecioſiſſimā v̄ginē poſt lōga tpa naſcendā.ip̄am tā q̄ auxiliatricē pctōr adamauit.ꝛ nō habuit tūc tēpis p̄cioſi⁹ cui ip̄am ſimilaret. Jō padiſo q̄ eſt locus omis voluptat] cōpauit.ꝛ qz nō dubitauit eā naſcendā.ip̄am cū iam factū eſſet explicauit dicēs. Plantauit inq̄t dñs de⁹ padiſum voluptatis a p̄ncipio. Circa qđ notandū merito legiſlator.b.moyſes mariā v̄ginē padiſo compauit voluptatis.qz padiſus ſm Jſi.li.xv.c.v.ē ortus delitiarū.ꝛ hz in ſe lig̃ odoꝛifera ꝛ pomiferarū arboꝛū.oēs flores delitioſos. nec deeſt ibi aliq̄d qđ delectat. Jta.b.maria eſt ort⁹ deliciatiſſim⁹ hñs in ſe omia lig̃ odoꝛiferarū v̄tutū. Fuit em̄ in eodē padiſo.ſ. v̄gine gl'oſa amigdalus maturi flozis.ſm Jſi.li.xv. Jnt̄ oēs arbores amigdalus p̄us flozet.ꝛ fructus ꝓduc̄. Jta maria añ oēs m'eres flozē caſtitatis voto emiſit.vt ꝺr in cano. Sufficiat.poſt mediū.xxvij.q ij. Uouerat maria ſe v̄ginē pſeueraturam. niſi deus alit̄ reuelaret. Jō ait angelo. Quomō fiet iſtud qm̄ virū nō cog̃ſco. Et ex iſta p̄miſſione v̄ginitatis.ſecuta eſt ꝓuerſio gentiliū ꝛ reꝓbatio iudeoꝛū.ſm illud Cañ. vlti. Flozebit amigdalus ꝛ impinguabit̄ locuſta ꝛ diſſipabit̄ capr] Quod exponit glo.dicēs. Tūc amigdalus floruit qñ v̄go.b.flozē caſtitatis emiſit.ꝛ tūc locuſta h̄ eſt gentilitas inſatiabil' ꝛ vacua gr̄e impiguata fuit. Capr⁹ q̄ eſt frutex ſpinoſa ſup t̄rā expanſa ſig̃t iudeos terrenis inhereētes q̄ in diſſipatōr tranſierūt. Fuit etiā in h̄ padiſo balſamum infime humilitatis.qz ſm Jſi.li.xv. Balſamū eſt frutex parua nunq̄ creſcit vltra altitudinem duoꝛū cubitoꝛū. Jta maria nō creuit in altū ſupbie.ſz manſit in ſtatu humilitatis infime. Jō magnū dedit de ſe odoꝛē.ita vt dicē poſſit illud Ecci.xxiiij. Quaſi balſamū non mixtū odoꝛe me⁹. Fuit etiā in iſto padiſo nr̄o cinnamomuz puritat] ꝛ charitat].qz dicit glo.ſup Exo. xxx. Cinnamomū eſt v̄gultū qđ naſcit̄ in india ꝛ ſicce ꝛ calide ē nature. Sic ip̄a fuit ſicca i carne p̄ temperantiā ꝛ puritatē.ꝛ calida in aima p charitatē. Et vt dicūt naturales. Cinamomuz eſt laudabl'e qñ nō ē ſubalbū vl' nigrū ſz ruffuz Jta maria fuit laudabil'.qz nō fuit ſbalba p vanam gl'az.nec nig̃ p alicui⁹ peccati maculā. ſed rubea p charitatē accēſa.qz ſm Hiero.in ſ.de aſſum.totā ip̄am repleuit ſpūſſancti gr̄a.totam diuin⁹ amoꝛ mūdanū at. ita q̄ in ea nihil eſſz qđ mūdanos violaret affect⁹. ſz odoꝛ ꝓtinuus ꝛ p fuſa amoꝛis ebrietas.hec hiero. Be h̄ cinamomo caritatis h⁹ dilectiſſimi padiſi vt in p̄nti frequēter comedā⁹.qz ſuadēt medici hoib⁹ q̄tidie vt edāt de cinnamomo.vt vitā ꝓlongēt.qz dic̄ Poeta. Nō moꝛit̄ hō fret⁹ ſedule cinnamomo

Sic peccatoꝛ nūq̄ interibit in eternū.q̄ mariaz p charitatē ederit ꝛ deuotōz.qz dicit Hilarius ſup Mat. Quātūcūq̄ aliq̄s peccatis obnoxi⁹ fuerit.ſi marie deuote ſuierit. nūq̄ eternal'r interibit. Cui cōſonat Jgnaci⁹ ad ſenioꝛē dicens Nūq̄ finē vite ſue malū hz q̄ marie deuotus et ſedulus inuenit̄. Et ſi peccatoꝛ eſſz iam ad eternam mortē iudicat⁹ adhuc ip̄a petēs ſentētiaz immutare pōt ꝛ peccatoꝛē ꝓſuare. Teſte ber. ſupmiſſus eſt. Peccatoꝛē quē deus iam dānationi eterne adiudicat. hunc adhuc maria ſua gr̄a liberat ꝛ ꝓſuat. Nō ꝓbat Jacob⁹ ianueñ. dicens. Quidā cleric⁹ van⁹ ꝛ lubcus fuit. ſz tñ dei genitricē plurimū diligebat ꝛ ei⁹ horas ſanctas deuote ꝛ alacrit̄ decātabat. Quadaz igit̄ nocte vidit ſe in viſione añ tribunal ſtare dei. ꝛ dñm circūſtantib⁹ dicē. De illo q̄ vos aſpicit quo iudicio dign⁹ ſit voſip̄i decernat]. quē iam diu tolleraui ꝛ nullū adhuc emēdatiōis ſignū i eo inueni. Tūc dñs oīb⁹ approbātibus ſupattulit damnatōis ſniam. ꝛ ecce v̄go.b. ſurrexit. ꝛ filio ſuo dixit Pro iſto pie fili mi clementiā rogo tuā vt ſup eo dānatōis ſniam mitiges. Juuetur h̄ ob gr̄am mei q̄ ob improba merita adijcitur morti. Cui dñs. Tuis eū petitōib⁹ tribuo ſi vel ſaltē eius correctōr ꝓſpexero. Et conūſa v̄go ad hoiem dixit. Uade ꝛ ampli⁹ noli peccare ne deteri⁹ tibi ꝓtingat. Ille igit̄ excitatus vitam mutauit.religionē petijt ꝛ in oīb⁹ opib⁹ bonis vitā finiuit. Et qz maria eſt tā delectabil' padiſus ꝛ ort⁹ delitiarū hñs in ſe oē qđ delectat. Jō dicit.b. Hiero. Maria vere eſt ortus delitiarū in quo cōſita ſunt vniuſa genera flor ꝛ aromata v̄tutū. Jgit̄ felix ille ho q̄ ad hunc padiſum voluptatis meruerit puenire vbi eſt eterna beatitudo ꝛ iocūditas ꝛ nulla moriendi neceſſitas.ſed vita ſempiterna.

¶ Sermo ſerundus de natiuitate Marie.

Habitantibus in regione vmbre mortis lux orta ē eis Eſa.ix. Stella maris ſm Bedam et alios naturales eſt q̄ ad ſitū altiſſima ꝛ ſue magnitudiſ occultatiua. qz ad aſpectōr ē mima q̄ uis in ſe eſt valđ mag̃.hec ſtella eſt nauigātium in mari directiua qñ em̄ naute in nocti tenebr] errāt in mari ꝛ ſunt in picto mortis Si non vidēt hāc ſtellā mar] de naufragio ē timendū. Si aūt oriē aſpectui eoꝛ leti fiūt.qz tūc ſciūt ducu ip̄i⁹ q̄ eſt ip̄is diūtēdū.ꝛ ſic ad patriā p̄nt ſecure nauigare. Spūal'r p ſtellā mar] intelligit̄ clariſſima v̄go maria de q̄ cait ſcā eccl'a. Aue mar] ſtella dei mr̄ alma.qz recte ſic̄ ſtella mar] ē altiſſima q̄ ad ſitū. ſic v̄go maria eſt altiſſima q̄ ad dignitatē.ſm qđ dic̄.b.aug⁹. O v̄go maria q̄d ō te dicā ſi q̄d dixero mior ē laus mea q̄ tua dignitas mereat̄. ſi celū te vocitē altōr es. ſi mr̄ez gē

tium te dicã ꝑcell'.si formam dei te appellẽ dig̃ exiſtis.si dñam angelorũ te vocauerim ꝑ omia eſſe ꝓharis. Sed hãc dignitatẽ ⁊ altitudinem hec felicisſima ſtella maris occultauit vocãs ſe hũilem ancillã dñi di. Lu.j. Ecce an.do.q̃ nouerat eſſe ſcriptũ Ecci.iij. Quãto maior es humilia te in omibus. Ipa etiã ẏgo maria ſtella marl nuncupata.dirigit oẽs in hũ mũdo furibũ do nauigantes.⁊ ſi q̃s piculũ dãnatois euadẽ voluerit hanc ſtellã reſpiciat ⁊ ſaluus erit. Ad qõ monet quẽlibet peccatorẽ.b.Berñ. ſupmiſ ſus eſt dicẽs.ome.ij. O q̃ſquis es in hui⁹ ſeculi fluuio tẽpeſtatib⁹ fluctuantib⁹ agitat⁹ ne aũtas oc'os a fulgorib⁹ hui⁹ ſideris ſi nõ vis ſupꝑmi ꝑcell'. Si inſurgũt venti temptationũ.ſi i curras ſcopulos tribulationũ reſpice ſtellã voca mariã. ſi iactaris ſupbie vndis.ſi ambitõis. ſi detractõis.ſi emulatõis reſpice mariã ipſam rogãs non deſperas.ipam cogitãs nõ errabis hec ille. Hec ſtella lucidiſſima hodie illuxit mũdo. Teſte.b.ꝑbiliberto cardinali.vñ verſus. Solẽ iuſticie regẽ paritura ſuꝑmũ. Stella maria maris hodie ꝓceſſit ad ortũ . Cernẽ diuinũ lumẽ gaudete fiõles. Jõ bn̄ pñt de ea exponiẏba ꝓlibata. Habitantib⁹ in re.vm.mor. In q̃bus duo deſcribunt̃. ꝑimo hũani generiſ añ ortũ marie magn̄ penalitas cum dr. Habitãtib⁹ in regiõe vm.mor. Scõo.b.ẏginis deſiderata vtilitas.ibi. Lux orta eſt eis . Be ꝓmo dicunt naturales q̃ añq̃ lux material'fuit creata.tenebre denſiſſime terrã degebãt in q̃bus hoies in magn̄ penalitate vixiſſent. q⁹ hoies in tenebris cadũt in foueas ſe vndiq̃ offendẽtes. Illi⁹igit̃ ꝓſcius deus oim rerum cõditor ꝓduxit . vt ait ꝑlato in thimeo.lucẽ clariſſimã quã ſolez vocamus.cui⁹ ſplendore celũ ⁊ omia inferioꝛa illuſtrant̃. Qõ lucidius ꝓbat̃ Gen̄.j. vbi legit̃ . poſtq̃ creaſſet in ꝓncipio celum⁊ terrã tenebre erãt ſup faciem terre.iõ dixit de⁹. Fiat lux ⁊ facta eſt lux. ⁊ vidit deus lucẽ q̃ eſſet bõa ⁊ diuiſit eã a tenebris . Moral'r añ ortũ hui⁹ clariſſimi lumis marie btẽ ẏginis.oẽs hoies erãt i tenebris ⁊ in vmbra peecatorũ. vñ potuerunt illud dicere.j.Joh̃.j. Si dixerim⁹ q⁹ peccatũ nõ habemus noſmetip̃os decipim⁹ ⁊ veritas i nobis nõ eſt. Quia etiã ꝑm ſapientẽ ꝓuer.xx. Quis põt dicere.mundũ eſt cor meũ pur⁹ ſum a peccato⁹ Certe nullus. Idcirco oẽs ad iferos deſcenderũt.quod erat eis ſatl penoſum . cũ carebãt clara dei viſione.aliq̃ ꝑ q̃nq̃ milia annorum.aliq̃ ꝑ q̃tuor milia.ceteri vo tpe breuiori dei intuitu carebant.q̃ ſine q̃ penalitate fieri nõ poterat. Quia dicit Chryſ.ſup Matth̃. Non puto ita acras eſſe gehenne penas ⁊ ſupplicia quemadmodũ ſunt illa q̃bus torq̃tur hi q̃ remouent̃ a cõſpectu xp̃i. Crede mihi penis omibus grauius eſt. quia omne gaudium electorũ cõſiſtit in lucida dei viſiõe ⁊ abſq̃ illa gaudiũ eis nullum eſſet. Ideo dixit.be.aug⁹. mallem eſſe in inferno ⁊ videre faciẽ dei q̃ eſſe in celo ⁊ carere. Et quia hi q̃ fuerũt in limbo fu B
erunt in penalitate. ideo deſiderabant aduẽtũ huius ꝓclare lucis gl'oſiſſime ẏginis dicẽtes ꝑ Zachariã ꝓphetam. Illumiare his q̃ in tene. ⁊ in vmbra mor.ſe.Lu.j. Omnipotẽs aũt de⁹ deſideriũ tã illorũ q̃ iſtorũ in mũdo exaudiuit dicens. Fiat lux quãdo miſit angelũ gabrielez ad Joachim vt ꝓceptũ ẏginis nũciaret dicẽs. Ecce vxor tua pariet tibi filiã. ⁊ vocabis nomẽ eius mariã. Sed hec lux hodie eſt facta ⁊ mũdo effulſit. Jdeo dixit.b.Bern̄.in ſmõe. Maria ſtella clariſſima hodie er Jacob oriẽ.cuius radius vniũſum mundũ illuminauit.cui⁹ ſplẽdor in ſupernis fulget ⁊ inferioꝛa penetrat. In illis verbis lucet q⁹ natiuitas marie debet eſſe gaudioſa homibus.q⁹ mundũ illuminauit ad quod gaudiũ monet.b.Aug⁹.in ſmone hodi. Adeſt nobis dilectiſſimi optata dies btẽ ⁊ venerabilis ẏginis marie.ideo cũ ſumma exultatione gaudeat terra noſtra tante ẏginis natali illuſtrata. Hec natalis fuit angelis leta.q⁹ tanta fuit iſta lux qne hodie eſt orta q̃ celos penetrauit.⁊ in ſupmis fulſit.ideo angeli admirantes ꝑ gaudio dixerunt illud Can̄.vj. Que eſt iſta que ꝓgredit̃ quaſi aurora ꝓſurgens pulẽ vt luna electa vt ſol. Iſta etiã natiuitas fuit iubiloſa patribus⁊ electis in limbo degentibus q⁹ orta fuit lux q̃ de ſe genuit xp̃m qui eſt ſplendor lucis eterne. Bap̃. vij.⁊ ipos pres libauit vñ de ipis põt dici illud Eſa.ix. ꝓpulus qui ambulabat in tenebris vidit lucẽ magnam. Et Heſter.viij. Judeis hꝫ eſt illis q̃ in confeſſione dei deceſſerunt noua lux oriri viſa eſt. Jdeo dicit Bern̄. Eius ſplendor inferioꝛa penetrauit. Hanc lucem ita diuiſit de⁹ a tenebris peccatorum q̃ immunis fuit ab omni peccato etiaz originali.de q̃bus dicit aug⁹.de fide ad petruz. et ponit̃ de conſe.di.iiij. Firmiſſime tene ⁊ nulla tenus dubites oẽm hoiem q̃ cõcubitu viri⁊ mulieris concipit̃ cũ peccato originali naſci et impietati ſubditũ. Maria aũt nõ fuit in originali nata.q⁹ ſm Bern̄.ꝑus fuit ſanctificata q̃ nata.nec etiã poſtea ſubdita fuit peccatis . q⁹ ſm ꝓdictum Bern̄.copioſor gratia ſanctificatõis deſcendit in eam que nõ ſolũ eam ſanctificauit ſed deinceps vitam ab omi peccato cuſtodiuit C
immunẽ. Secundo tenebre ſeu vmbre ambulantibus ſunt penalitates.quia ſunt timoris et horroris incuſſiue.ſicut patet de nocturnis viatoribus q̃ ꝑ diuerſa terren̄ animalia . tum per lupos deuorantes.tum ꝑ vrſos lacerãtes . tuz etiam per latrones obſidentes. Jdeo dic̃ Eſa. iij. Tenebre obſtupefecerunt me Nam ante natiuitatem Marie oẽs q̃ erãt in tenebr⁹ pctorũ

erāt in magꝫ timore erga demões. qꝛtūc magnā
potestatē habuerūt. vt. ſ. qſdam iugularēt. alios ſubmergerēt ceteros in deſperatōz iducerēt
Sed eſt naturaliꝛ qñ lux oꝛit q tūc lupi ⁊ cetera aialia hoiem moleſtantia fugañ in cubilia
ſua. Juꝛ illud pſ. Oꝛtꝰ eſt ſol ⁊ congregate ſunt
i cubilibꝰ ſuis collocabūt Sic qñ fuit oꝛta. b. ꝙ
go lux inextinguibil' ⁊ clara fugati ſunt lupi infernales. ſicut hꝫ teſtat Job. xxiij. Si inq̄t ſubito apparuerit auroꝛa hꝫ eſt maria q̄ natiuitatez
arbitrañ vmbꝛā moꝛtis ⁊ fugiunt velut iſani
Jo dicit Euſebiꝰ in ℣. Nihil demonibꝰ terribi
lius q̄z marie gꝛa ⁊ ꝙtus. ⁊ nihil ita vexatōnez
diaboli repellit validius q̄z eius bonitatis effectus ꝙtinuus. Etiā dicit Chꝛy. ſup Mattheū
Quātūcūq̄z seuiat malicia diabolica. maria tñ
nos ꝙtuat ſua potētia infinita. Si tñ fuerimus
deuoti in eiꝰ laude. Qđ ꝓbat Jacobꝰ ianuēſis
B Quidā monachꝰ valde lubꝛicus. ſed in beataz
ꝙgnē valde deuotꝰ. q̄dam nocte ad ſcelꝰ conſuetū pgens coꝛam altari tranſiēs btām ꝙgiez
ſalutauit. ⁊ ſic de eccl'a exiēs. dū quēdā fluuiuz
vellet tranſire in aquā decidens expiꝛauit. cuiꝰ
aiam dū rapuiſſent demones. apparuerūt ⁊ angeli vt eam libꝛarent. q̄bus demões dixerunt.
qꝛeū vitā in mal'finiuiſſe opibus inueniſſēt. ite
vt q̄d veniſtis nihil in hac aia habetis. Statiz
be. ꝙgo affuit. ⁊ q̄ꝛe eius aiam capent increpauit. Illi aūt dixerūt Quia cū in mal'tē. Quibꝰ
ꝙgo ait. Falſa ſunt q̄ pfertis. ſcio eñ q p aquā
pgens me dñam ſalutauit ⁊ rediens hꝫ ſil'r faciebat. q ſi dicitis vob vim inferri. ponam' in iudicio ſummi regis. Cūq̄z dehꝫ coꝛam dño diſceptarent. placuit ei vt ad coꝛpꝰ aiam eius angeli
portarēt vt de ſuis factis peniteret. Interea fratres ſacriſtā q̄ꝛunt ⁊ vſq̄z ad flumē tranſeunt in
aqua ſubmerſuz reperierunt. cūq̄z extracto coꝛpoꝛe ſecū qđ factū eſſet mirarenť. ille repēte ad
vitā redijt ⁊ rem geſtā referēs ⁊ vitā in bois o-
E peribꝰ ꝓſummauit. Etiā añ natiuitatē Marie
fuit peccatoꝛibꝰ timoꝛ ⁊ hoꝛꝛoꝛ reſpectu dei. q̄
ſtatim fuit paratꝰ ad puniendū. Et reſpectu demonū q̄ ſunt q̄ſi vrſus ⁊ leo parati ad lacerādū
Qđ ptz in ml'tis locis ⁊ ſacre ſcripture figuris.
qꝛ legit Geñ. iij. de ꝑmis parētibꝰ q eos dominus ſtatī puniuit magꝫ penalitate eo q eos a paꝛiſo expulit ⁊ in erumnā mūdi detruſit. Sil'r hꝫ
patz Geñ. vij. vbi legit q totū mundū vſq̄z ad
octo aias extinxit. Geñ. xix. legit q q̄nq̄z ciuitates ſodomā ⁊ gomoꝛꝛā ⁊c. igne ſulphureo ſuccendit. ita Exod. xxxij. legit q ꝓpter petm̄ idolatrie. xxiij. milia hoim interfecit. Ita. ij. Regū
xxiiij. legit q ꝓpter petm̄ ſup bie dauid q̄ſ ſup
bia eleuatꝰ ⁊ elatꝰ numerauit ꝓpl'um iratꝰ dñs
lxx. milia viꝛoꝛū peſtilētia afflixit ⁊ occidit vna
die. Ecce quāta penalitas generis hūani patuit. Jō bñ potuit cōqueri ſynagoga iudeoꝛuz q̄
intm̄ in ſuis filijs fuit deuaſtata. ⁊ dicere pōt illud Thꝛeñ. iij. Urſus iſidiās factꝰ eſt mihi leo
in abſcōdito. ſemitas meas ſubuꝛtit ⁊ confregit
poſuit me deſolatā. Sz q̄ñ oꝛta fuit maria iratum deū mitigauit. ⁊ pctōꝛes ſibi recōciliauit.
Quia lux vt dicūt naturales eſt ꝙtrioꝛ pacatiua. qꝛ ꝓpť ꝙtrietatē elemētoꝛū elemta i mixto nō ꝑmanerēt ſed ſtati in ſuā regionē euolarent. niſi ꝛtus ꝑme eſſentie. ſ. lucis ſil'pacaret ⁊
vniret. Ita hoies a deo ꝓpter diūſitatē actuuz
⁊ effectuum q̄libet hoꝛa diſcederent niſi virgo
dulciſſima meritis ſuis ⁊ pcibus recōciliās refoueret. Qđ patuit in Theophilo quē ſuo filio
recōciliauit. De quo refert Jacobꝰ ianuenſis.
⁊ Vincē. lib. xxij. c. lxix. ⁊ Fulbertꝰ in Cronica
dicēs Apud ſiciliā anno dñi. dcxxxvij. fuit qui F
dam vir nole Theophilꝰ cuiuſdā epi vicem gerens q̄ tam pꝛudenť ſub eō res eccl'aſticas diſpenſabat q̄ moꝛtuo eō ipm dignū eō patu oēs
acclamabāt. At ille vice dñatu ꝓtentꝰ aliū ep̄m
maluit oꝛdinari. tandē ab eō de tali officio deposit' intantā impatiam eſt lapſus vt ad recuperandā dignitatē cuiuſdā iudei malefici conſiliū poſtularet. Ille aūt diabolū aduocās. q̄ vocatus venit. cuiꝰ inſtinctu theophilꝰ xp̄m matrem eius abnegauit ⁊ pfeſſionē xp̄iānā ⁊ abnegatōis cirographū ſuo ſanguie ꝓpꝛio ſcripſit ⁊
annulo ſigillatū diabolo tradidit. In craſtino
igit̄ ꝓcuratōe demonis in gꝛam eꝑi recipit̄. ⁊ i
dignitatem ſubleuať ꝑſtinā. Tandē ad ſe reuersus de eo qđ fecerat valde ingemuit. ⁊ ad imaginem marie tota ꝓfugit deuotōe. Quadā vice
btā maria in viſione ei apparuit ⁊ de impietate
ip̄m redaꝛguit. quā videns theophilꝰ obnixiꝰ
rogauit vt ꝑ ſe intercederet ⁊ veniā ipetꝛaret.
qđ illa ſpopondit. Poſt triduū venit di. Ecce
ad petitōz meā ſuſcepit te deꝰ in gꝛam ⁊ cedulā
quā diabolo dedit repoꝛtauit. q̄ recepta vehemenť exultans coꝛā eō ⁊ oi ppl'o qđ acciderat
retulit. ⁊ poſt triduū in pace q̄uit. Quare aūt G
deus q̄ in veteri fuit ita auſterus ⁊ nūc ē ita mitis pōt colligi in oꝛtu materialiſol'. Sol eñ in hꝫ
mēſe in quo nata eſt ꝙgo. oꝛit̄ in ſigno qđ dicit̄ ꝙgo. ⁊ eſt mitigatiuū volūtatis. Ym Miſaelē
ſed in p̄cedente mēſe ſol oꝛiebať ſeu fuit in leone qđ eſt ignitū ⁊ terribile. Sic myſtice ſol iuſticie eſt in ꝙgine totius gꝛe ⁊ miſeꝛie ⁊ infinite pietatis. Nam q̄ añ paratus erat ad puniendum. nūc ꝑmptioꝛ eſt ad miſerandū. Jō bern̄.
in q̄dam ſ. O dulciſſima inq̄t mr̄ miſeꝛie miro
mō attraxiſti nob regem gl'e ⁊ q̄ſi maieſtati eiꝰ
impoſuiſti vt dextera dei añ docta pcutē ⁊ miſereri neſcia iam tge habeat in ꝑpetate ſp miſereri ⁊ parcē. Et ſic abſtulit btiſſima ꝙgo maria
timoꝛē tam reſpectu demonū quoꝛ ptātem cōtriuit ⁊ fugauit q̄ reſpectu dei cuiꝰ ſeueritatem
mitigauit. Iſtū timoꝛē etiā aufert a ſibi deuoti H

in morte qđ ostendit in q̃dam clerico sibi deuoto. de quo refert Jacobus ianuen̄. q̃ ꝓtra dolorem q̃ꝫ vulnerū xp̄i eaz q̃tidie ꝑ hec ẏba q̃si studebat cōsolari dicēs. Gaude dei genitrix ẏgo immaculata. gaude q̃ ab angelo gaudiuz suscepisti. Gaude q̃ genuisti eterni lumis claritatem. Gaude mr̄. gaude sct̄a dei genitrix ẏgo. tu sola mr̄ es innupta te laudat ois creatura. genitrix lucis sis ꝑ nob q̃sum⁹ ꝑpetua interuētrix. Hic cū ad extrema venisset pauere ꝛ ꝑturbari cepit. cui ẏgo apparēs dixit. Cur fili tanto tremore times. q̃ mihi totiēs gaudiū nūciasti. gaude etiā ꝛ tu nūc ꝛ eternal̄r gaudeas. veni mecū ꝛ statim illa sancta aīa a corpe soluta leta i celū est deducta. O q̃z secura a leonib⁹ rugientibus ad escā ꝑparatis tunc fuit qñ tam doctissimaz ductricē habuit. O hō si vis esse in morte sine timore ama hāc dñam. si⁹ deuot⁹ ẏgini. qz vt ait Bern̄. ipa te tenēte nō corruis. ipa te ꝓtegēte non metuis. ipa te ducēte nō fatigaris. ipa tibi ꝓpitia ad patriā ꝛ ad dñm ꝓuenies. ad quē ꝛc

¶ Sermo tertius de eadem festiuitate.

